929.4
B14d

UNIVERSITY
OF ILLINOIS
LIBRARY

UNIVERSITY OF ILLINOIS
LIBRARY

Class	Book	Volume
929.4	B14d	

Mr10-20M

CLASSICS
DEPARTMENT

DE CANUM NOMINIBUS GRAECIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ACADEMIA ALBERTINA REGIMONTANA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XX MENSIS MART. A. MDCCCLXXXIV, HORA XII

IN AUDITORIO MAXIMO

UNA CUM THESIBUS ADIECTIS

PUBLICE DEFENDET

ELIMARUS BAECKER

ELBINGENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

RICARDUS ARNSBERG, CAND. PHIL.

FRIDERICUS JESCHONNEK, STUD. PHIL., SEM. PHIL. SOD.

Um7

REGIMONTI.

EX OFFICINA HARTUNGIANA.

MDCCCLXXXIV.

929.4
B14d

PROF. DR. ARTHURO LUDWICH

sacrum.

Spec Lat. Act B 22 D10 Harrassowitz, 50
20 F 11 N. O. G.
173410

Index nominum canibus adhibitorum.

1. Ἄγρη Ovid. Metam. III, 212. Hyg. fab. 181. a. [a in hoc toto opusculo est catalogus prior apud Hyg. fab. 181; b. catalogus posterior.]

Ἀγριόδους Ovid. l. c. 224. Hyg. a.

Ἄγριος Hyg. b.

Ἀελλώ Ov. Hyg. a [?]

5. Αἰθήρ Xen. Cyn. VII, 5.

Αἴθων Hyg. b.

Αἵμων Hyg. b.

Ἄϊος Stesich. frgm. 74 [Bergk² poet. lyr. gr.]

Αἰχμή Xen. Cyn. VII, 5.

10. Ἀΐων Hyg. b.

Ἀκάμας Hyg. b.

Ἀκρίς C. J. 6332.

Ἀκτίς Xen. l. c.

Ἄλκαινα schol. X, 29.

15. Ἀλκή Xen. Ov. Hyg. a. Colum. r. r. 7, 12, 13.

Ἄλκιμος Ael. de nat. anim. XI, 13.

Ἀμάρυνθος Apollod. bibl. III, 4, 4.

---

* notat nomina canum, quae desunt apud Benselerum [‚Wörterbuch d. griech. Eigennamen‘ 3 ed. Brunsv. 1863—70]. — Etiam plura enumerare possum nomina canum, quae desunt in anall. epigr. et onomatolog. Keilii Lips. 1842. p. 187 ss.

	Ἀνθεύς	Xen. l. c.
	Ἄργος	ϱ 292. Apd. bibl. III, 4, 4. Ael. n. a. IV, 40. VII, 29. etc. Lucill. epigr. 12.
20.	Ἀργώ	Hyg. b.
	Ἀρέθουσα	Hyg. b. Ἀρέτουσα?
	Ἀρκάς	Hyg. a.
	Ἅρπαλος	Ov. Hyg. a.
	Ἁρπάλυκος	Hyg. b. Apollon. de const. p. 335, 12.
25.	Ἅρπυια	Polluc. onom. V, 47 (Aeschyl.) ' Ovid. Hyg. a. Hyg. b.
	Ἄσβολος	Ovid.
	Ἀυγέας	Ael. n. a. X, 41.
	Αὐγώ	Xen. l. c.
	Αὖρα	C. J. 7285. Pollux. V, 45. Hyg. a.
30.	Βαλίος	Apollod. bibl. III, 4, 4. Hyg. b. ?
	Βία	Xen. l. c.
	Βόννα	Arrian. de ven. XVIII, 1.
	Βόραξ	C. J. 8185 a. Hyg. b.
	Βορέας, Βορῆς	Hyg. b, Apd. bibl. III, 4, 4.
35.	Βρέμων	Xen. l. c.
	Βριάρεως	Ptol. Heph. III. p. 186, 15 [Westerm.] Phot. bibl. 148. a. 26. Bekker.
	Βρύας	Xen. l. c.
	Γαργήττιος	Pollux. V, 46.
	Γηθεύς	Xen. l. c.
40.	Γλύμπικος?	[Λάμπιχος?] Grat. Fal. Cyn. v. 214.
	Γνώμη	Xen. l. l.
	Γόργος	C. J. 8139.
	Γοργώ	Hyg. b. Antip. Thessal. 38?
	Δεινομάχη	Hyg. b.
45.*	Διωξίππη	Hyg. b.

	Δορκεύς	Hyg. b.
	Δράκων	Hyg. b.
	Δρόμας	Ovid. Hyg. a.
	Δρόμιος	Hyg. b.
50.	Δρόμος	Orelli inscr. Lat. 4730.
	Ἐγέρτης?	C. J. 8185 a.
	Ἔϊος?	Gerhard. g. Vasenb. IV. tab. 267.
	Εὔδρομος	Hyg. b.
	Εὔοδος	C. J. 8185 a.
55.*	Ἐχιόνη	Hyg. b.
	Ἐχίων?	Hyg. a.
	*Ζέφυρος	Hyg. b.
	Ἥβα	Xen. l. l.
	Θάλλων	Xen. l. c.
60.	Θέων	Ael. n. a. XI, 13.
	Θήραγρος	in Pisandri Rhod. epigr.
	Θηριδάμας	Ov. Hyg. a.
	*Θηριόπη	Hyg. b.
	*Θηριφόνη	Hyg. b.
65.	Θηρώ	C. J. 8139.
	*Θήρων	Ovid. Hyg. a.
	Θόος	Ovid. Hyg. a.
	Θυμός	Xen. l. c.
	Ἱπποκένταυρος	Pollux. V, 47.
70.	Ἴσσα	Martial. epigr. I, 110.
	*Ἰχνεύς	Hyg. b.
	Ἰχνοβάτης	Ovid. Hyg. a.
	Καίνων	Xen. l. c.
	Καλαθίνη	Addaei epigr. IV.

75. *Καναχή*	Ovid. Hyg. a.
Κάππαρος	Plut. moral. 969. E. X, 40 Reisk.
Κάρπος?	‚Vasen d. kais. Erm. St. Petersb.‘ no. 2309.
Κέρβερος	Pollux. V, 42. schol. X, 29 etc.
Κιῤῥά	Arrian. de ven. XVIII, 1.
80. *Κνώσιος*	Hyg. a.
Κόραξ	Hyg. b. Pollux. V, 47 [Aeschyl.]
**Κραυγή*	Xen. Cyn. VII, 5.
Κυλλοπόδης	Hyg. b.
Κυλλώ	Hyg. b.
85. **Κύπριος*	Ovid. Hyg. a.
Λάβρος	C. J. 8185a. Ovid. Hyg. a.
Λάδων	Ovid. Hyg. a.
Λαῖλαψ	Ovid. Hyg. a. Hyg. fab. 189.
Λάκαινα	Hyg. b.
90. *Λάκων*	Ovid. Hyg. a. Colum.
Λαμπάς	Ael. n. a. XI, 13.
**Λάμπος*	Hyg. b.
Λάμπουρος	Theocr. id. VIII, 65.
Λάμπων	Antip. Sid. 64.
95. *Λάχνη*	Ovid. Hyg. a.
Λέαινα	Hyg. b.
**Λεύκιος*	C. J. 8139.
**Λεύκων*	Ovid. Hyg. a.
Λεύσ[σ]ων	Xen. Cyn. VII, 5.
100. *Λήθαργος*	Pollux. V, 46.
Λόγχη	Xen. l. c.
Λόχος	Xen. l. c.
Λυγκεύς	Apd. bibl. III, 4, 4.
Λυγκήστη	Hyg. b.
105. *Λυκάς*	Simonid. apud Polluc. V, 47.
Λυκίσκα	Ovid. Hyg. a. Verg. ecl. III, 18.
Λυκίσκος	Isid. origg. opp. 12, 2.
Λυκιτᾶς?	Aeschyl. apud Polluc. V, 47.

	Μαῖρα	Apollod. bib. III, 14, 7 etc.
110.	Μαρψίας	C. J. 8185a.
	Μάχιμος	Hyg. b.
	Μεθέπων	C. J. 8185a.
	Μελαγχαίτης	Ovid. Hyg. a.
	Μελάμπους	Ovid. Hyg. a. b. Apollon. de constr. orat. p. 335, 12. 13 Bek.
115.	Μελανεύς	Ovid. Hyg. a.
	Μήδας	Xen. Cyn. VII, 5.
	Νάπη	Ovid. Hyg. a.
	Νεβροφόνος	Ovid. Hyg. a.
	Νόης	Xen. l. c.
120.	Ξίφων	Xen. l. c.
	*Ὄβριμος	Hyg. b.
	Οἰνάς	Xen. l. c.
	Ὄμαργος	Arcad. p. 47, 18.
	*Ὀξυρόη	Hyg. b.
125.	Ὀργή	Xen. l. c.
	Ὀρειάς	Hyg. b.
	Ὀρείβασος	Ovid. Hyg. a.
	Ὀρεσίτροφος	Ovid. Hyg. a.
	Ὄρθρος	Apollod. bibl. II, 5, 10. schol. X, 29. Hes. theog. 293 etc.
130.	Ὄρμενος	C. J. 8185a.
	Ὁρμή	Xen. Arrian. de ven. XVIII, 1. V, 6.
	*Οὐρανία	Hyg. b.
	Παμφάγος	Ovid. Hyg. a.
	*Πάχυλος	Hyg. b.
135.	Περίττας	Plut. Alex. 61. Pollux. V, 42.
	Πέρσα	Plut. Aem. Paul. 10. Cic. de divin. I, 46. Val. Maximus I, 5, 3.

	Πόδαργος	Ael. n. a. XI, 13. C. J. 8139.
	Ποδῆς	C. J. 8139.
	*Ποιμενίς	Ovid. Hyg. a.
140.	Πόλυς, Πολύς	Xen. l. c.
	Πόρθων	Xen. l. c.
	Πόρπαξ	Xen. l. c. *Πόρταξ*?
	*Πτερέλας	Ov. Hyg. a.
	Ῥώμη	Xen. Colum.
145.	Σάννος	Ael. n. a. XI, 13. Hyg. b.
	Σείριος	Phot. bibl. 340 b. 36. Pollux. V, 42 etc.
	Σθένων	Xen. l. c.
	*Σκύλαξ	Colum.
	Σπέρχων	Xen. l. c. Choerob. t. 1. p. 77, 34.
150.	Σπουδή	Xen. Colum.
	Σπαρτός?	Apollod. III, 4, 4.
	Στερρός	Xen. l. c.
	Στίβων	Xen. Theognost. can. p. 33, 32.
	Στίκτη	Ov. Hyg. a.
155.	Στίλβων	Hyg. b.
	Στίχων	Xen. l. c.
	Στύραξ	Xen. l. c.
	Σύαγρος	Sophocl. Ath. IX, 409.
	Σύρος	Hyg. b.
160.	*Τάξις	Xen. l. l.
	Ταῦρος	epigr. ἀδ. 756.
	*Τεύχων	Xen. l. c.
	Τίγρις	Ovid. Hyg. a. Colum.
	Τρίακος	Pollux. V, 46.
165.	Τύρβας	Xen. l. l.
	Ὕβρις	Xen. l. c.
	Ὑλαῖος	Ovid. Hyg. a.

Ὕλαξ	Verg. ecl. VIII, 107. Orelli. inscr. 4730.
Ὑλεύς	Xen. Cyn. VII, 5.
170. Φίλη	C. J. 7286.
Φλέγων	Xen. l. l.
Φόναξ	Xen. l. l.
Φρουρά	Xen. l. c.
*Φύλαξ	Xen. l. l.
175. Χαρά	Xen.
*Χάροψ	Hyg. b.
Χάρων	Aeschyl. ap. Polluc. V, 47.
*Χρυσίς	C. J. 7285.
Ψυχή	Xen. l. l.
180. *Ὠκύδρομος	Hyg. b.
*Ὠκυδρόμη	Hyg. b.
Ὠκύθοος	ibid.
183. Ὠκυπέτη	ibid. —*

* Horum omnium nominum duo nostris quoque temporibus quod ego sciam, canibus adhibentur: Ἄργος et Φύλαξ. —

Praefatio.

Canibus quomodo veteres usi sint si quis operam dabit perscrutando, sive quod inde aliquid novi inventum iri sperabit, sive quod res veterum cum nostris comparare in animo habebit, satis magnam copiam locorum eo pertinentium inveniet, maiorem sane, quam quae in hoc opusculo plane respici possit. Sed haud inepte videtur nonnulla afferre, quae aliquoties nobis occurrebant commemoratione digna, eoque magis, quod iam persuasum habemus, de nominibus animalibus datis non tam quam de modo ac ratione qua dabantur acturo illius quoque rei rationem esse habendam. Homeri iam aetate canes in hominum domibus fuisse creberrimos inter omnes constat; ad greges a feris defendendos videbantur aptissimi. Sic Hor. epod. VI, 4:

— — aut Molossus aut fulvus Laco
Amica vis pastoribus etc.

et Vergil. georg. III, 404 ss.:

Nec tibi cura canum fuerit postrema: sed una
Velocis Spartae catulos acremque Molossum
Pasce sero pingui. Nunquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furem, incursusque luporum
Aut impacatos a tergo horrebis Hiberos. —

Vix commemoratione igitur dignum videtur, antiquissimis temporibus praecipue canes venando inservivisse; robore ac feritate excellebant, *κύνες θήρεσσιν ἐοικότες* ξ 21, sed subdoli quoque erant, ita ut iam inde antiquitus *κύων* de malignitate usurparetur, e. g. *κύον*

ἀδδεές Φ 481. τ 91. Ceterum cf., quae rectissime exposuit Nitzschius ad β 11 [p. 67 s.] Progredientibus saeculis canes ex servis, ut ita dicam, hominum fidelissimi comites facti sunt; imo in summo honore habebantur praestantissimi; summae denique fuit paupertatis, ne canem quidem habere. Cf. e. g. Ael. n. a. VI, 10: *κύνες δὲ ἄρα καὶ τὰ οἴκοι ὑπηρετεῖν τοῖς ἐκπαιδεύσασιν αὐτοὺς ἱκανοὶ, καὶ ἀπόχρη πένητι δοῦλον κύνα ἔχειν.* Theocr. 21, 15: *οὐδεὶς δ'οὐ χύτραν εἶχ', οὐ κύνα — πενία σφιν ἑταίρα* de piscatoribus dictum.

Pueri ludere solebant gallis, anseribus, canibus; id demonstrant vasa illa figulina numerabilia, „ces bijoux de la céramique qui se recommandent par un dessin d' une grâce charmante et par l' expression juste du mouvement de l'enfant et de l'animal, son inséparable compagnon.“ [Gazette archéologique IV 1878, p. 55.] Quorum multa non sine magna voluptate videmus e. g. apud Gerhardum, ‚Gr. Vasenbilder‘ IV. tab. 278. 279. 290. Gazette archéol. IV 1878 planche 7. De vasis Atticis, quae hos puerorum ludos repraesentant cf. locos ibid. allatos p. 55. et M. Heydemann. ‚Hilfstafel‘ 3—8. De anseribus canibusque praecipuis puerorum comitibus compte-rendu St. Pétersb. 1863 p. 54, 97, 106. De catulis Melitaeis [„Spitze“], qui saepissime his locis conspiciuntur ibid. p. 157. Neque desunt canes in palaestra Gerh. Vasenb. IV p. 52, tab. 276. Etiam militum socii sunt Ael. h. a. 7, 38. 13, 46. Gerh. Vasenb. IV tab. 265 [cf. 266. 277] auserles. griech. Vasenb. tab. 194. 215. Denique, id quod mirum videtur, in repraesentatione cursorum conspiciuntur, imo agoni ipsi interesse videntur Gerh. Vasenb. tab. 252. 254. [92. 112]. —

Monumenta canibus haud raro posita esse videbimus. Hic affero illud epigr. *ἀδ.* 755 [Jacobs. Anthol. IV, 285] a Vossio, Dorvillio, aliis restitutum:

Τὴν τρίβον ὃς παράγεις, ἂν πως τόδε σῆμα νοήσῃς
μή, δέομαι, γελάσῃς, εἰ κυνός ἐστι τάφος.
ἐκλαύσθην· χεῖρες δὲ κόνιν συνέθηκαν ἄνακτος,
ὅς μου καὶ στήλῃ τόνδ' ἐχάραξε λόγον.

C. J. 6310.

Etiam deis canes attribuebantur. Sic Plutoni apud Gerh. auserl. gr. Vasenb. I, 46; Dionyso II tab. 113; Mercurio [qui fuit deus palaestrae] III, 59, 60. tab. 171; nymphis, Pani, Priapo compte-rendu 1861 p. 19.*) Passeri Lucernae to. I p. 38. tab. 30. Preller, röm. Mythol. p. 212. —

Sed mitto eiusmodi exempla amplius coacervare; quae attento animo has res observanti saepissime se offerunt. Quod demonstrandum constituebam, iam perspicuum esse arbitror.

Genera porro canum numerabilia in veterum scriptis commemorata invenimus; minimi fortasse fuerunt catuli Melitaei illi voluptatis causa aliti, maximi Molossi et Indici instar eorum qui apud nos ‚englische Doggen' nominantur. Locos singulos explicare nil refert, nonnulli sint exemplo.

Polluc. onom. [Bekker] V, 37: *γενναῖαι κύνες Λάκαιναι, Ἀρκάδες, Ἀργολίδες, Λοκρίδες, Κελτικαί* [Arrian. de ven. I. II. III.], *Ἰβηρικαί, Καρῖναι, Κρῆσσαι* [Ael. n. a. III, 2.], *Μολοττικαί* [Ael. n. a. III, 2. Grat. Fal. Cyn. 181. Arist. h. a. 9, 1], *Ἐρετρικαί, Ὑρκαναί* [Phot. bibl. 453 b. 39. Grat. Fal. Cyn. v. 161], *Ἰνδικαί* [Ael. n. a. IV, 19. Phot. bibl. 45 b. 13], *Ψυλλικοί. Ἐλυμαῖοι. Καστόριαι* [Xen. Cyn. III, 1], *Μενελαΐδες, Ἁρμόδιοι, ἀπὸ*

---

*) „Es ist bekannt, dass die Nymphen, Pan, Priap und überhaupt alle Repräsentanten der freien Natur ganz gewöhnlich von einem Hunde begleitet gedacht wurden, und nicht weniger gewiss ist es, dass dieses Tier auch dem römischen Jupiter Custos beigegeben wurde, welcher dem griechischen Zeus Soter entspricht."

τῶν θρεψάντων ὠνομάσθησαν. — *Αἰγύπτιοι* Ael. n. a. VI, 53. *Μεμφῖται* ibid. VII, 19. *Μελιταῖον* (κυνίδιον) ibid. XVI, 6. *Σικελικόν* ibid. VII, 25. *Καρμάνιος* (κύων) ibid. III, 2. Etiam plura exstant apud Oppian. Cyn. I v. 368 ss; de canum fetura optima ibid. v. 393 ss. Medi canes Grat. Fal. v. 155. Geloni ib. v. 157. Serae v. 159. Aetoli v. 190. Umbrici v. 194. Segusii [*Ἐγουσίαι*] Arr. de ven. III. [‚Leithunde']. —

Eodem modo denique, ut fit apud nos, ab antiquis scriptoribus exempla fidei canum excellentis aliarumque virtutum memoriae tradita sunt. Cf. e. g. Ael. n. a. I, 8; VI, 25. 62. VII, 10 etc., quae hic enumerare non est operae pretium. —

Hoc opusculo enim mihi proposui agere de canum nominibus Graecis, quae non pauca inveniri ex indice his quaestionibus praecedenti iam elucere puto. Quo conatu si quid profecero ad nomina propria Graecorum recte diiudicanda, pretium laboris erit; si minus, attamen in singulis me apte nonnunquam correxisse existimo. —

Qui propria nomina Graeca accurate perlustraverit, facile animum advertet, ea omnia fere quae supra enumeravimus canum nomina in eorum numero esse, quae hominum quoque nomina sunt. Nonnulla excipienda videntur; sed ea ceterorum formas significationesque adeo aequant, ut ex eo quod casu fortasse non ad nos pervenerunt aut nostra quadam neglegentia alibi non inventa sunt, concludere non possimus, numerum quendam propriorum canibus solis esse adhibitum. Canum igitur nomina sunt hominum. Quin etiam apud Ael. n. a. X 41 Eupolis poëta cani Molosso nomen dat eius, qui dono dederat, *Αἰγέας*. —

Nomina, ut mea quidem fert opinio, initio duabus

maxime de causis orta sunt: primum necessitate iubente, cum animalium generibus crescentibus homines singula singulis significationibus secernerentur; deinde fortuito, quod singulis sive corporum pulchritudine sive virtute aliqua aliis praestantibus cognomina nascebantur. Sequitur, omnia propria certam olim habuisse significationem, id quod iam diu demonstratum est cum aliorum quaestionibus diligentissimis*) tum Grimmii nostri praeclarissimi; de qua re non disputandum puto. His perspectis iam apparet plurima canum quoque nomina esse appellativa, quorum partim formas principales servabant, partim formis primitivis facillime mutatis et mutilatis memoriae tradita sunt.

Hominum nomina prius sane oriebantur quam canum. Cum enim bestiae domitae hominibus utilitati esse incipiebant, cum luxuria progrediente pretiosae necessariaeque fiebant, tum demum occasionem, ne dicam necessitatem adfuisse censeo nomina propria illis quoque adhibendi. Paulatim consuetudine usuque factum est, ut alia aliis praeferrentur, significatio magis magisque pallesceret, ut ita dicam, numerus denique adesset vocabulorum usu confirmatorum; ex quo nomina eligebantur nec ratio habebatur quam olim habuissent significationem propria. Quid mirum quod formae commutabantur, quod certa nominum genera suis terminationibus ficta oriebantur.

Saepissime hominum nomina ad canes translata esse vix commemorandum. Videmus, nostris quoque temporibus pretiosis et pulchris animalibus nomina praeclara et rara dari; sed haud ignoramus nihil certi de his rebus constitui posse in singulis nominibus; quis

---

*) Pottius contendit, in etymologia versantem non de nominibus propriis, sed tantummodo de appellativis agere debere. Cf. Curtius, gr. Etymol. p. 116 s. —

enim est qui ubique esse diiudicandum putet, propter significationem dederintne veteres nomen an propterea quod de homine sive de alio animali olim pariter nominato cogitabant? [id quod Grimmius noster ‚historische Anspielung' dicere solet.] Imo saepius nomina eliguntur omnibus his causis neglectis, quod forma eorum facillime pronuntiatur. Similem in modum etiam veteres iudicasse nobis persuasum esset, etsi testimonia de hac re in scriptis eorum non invenirentur. Sed inveniuntur. Xen. de ven. VII, 5: *Τὰ δὲ ὀνόματα αὐταῖς* [*ταῖς κυσίν*] *τίθεσθαι βραχέα, ἵνα εὐανάκλητα ᾖ.* Sequuntur XLVII illa nomina, quae Xenophon proponit. Idem praeceptum aliis quoque locis exstat, e. g. in Opp. Cyn. 444:

> *Αὐτὰρ νηπιάχοισιν ἐπ' οὐνόματα σκυλάκεσσι*
> *βαιὰ τίθει, θοὰ πάντα, θοὴν ἵνα βάξιν ἀκούῃ.*

In Arriani denique de venatione libello XXXI, 2 et Colum. VII, 12, 13: ‚nominibus autem non longissimis appellandi sunt, quo celerius quisque vocatus exaudiat; nec tamen brevioribus, quam quae duabus syllabis enuntientur, sicuti graecum est *σκύλαξ*, latinum ferox, graecum *Λάκων*, latinum celer, vel femina, ut sunt graeca *σπουδή*, *ἀλκή*, *ῥώμη*, latina lupa, cerva, tigris.' —

Accedo iam ad res ipsas hoc opusculo tractandas. In quarum divisione propter ea omnia quae deliberanda putabam priusquam ad singula progrederer, difficultates haud exiguas inveni. Possum dividere secutus formam, sed ‚ordines facere ex forma olim fortasse necessarium et facile erit, qui nunc est doctrinae grammaticae status fieri non potest'; possum dividere secundum significationes: quaestiones ita institutas repetitiones numerabiles postulare et rebus critice constituendis obesse luce clarior. Itaque constitui nomina eo ordine tractanda, ut primum de iis agatur, quae singulis locis collecta inveniuntur ac de locis ipsis, tum de dispersis atque singillatim inven-

tis, ita semper, ut significatio primitiva quaeratur quatenus fieri potest ac etymologia nominis*).

Sed initium facere liceat illo nomine, quod et in antiquissimis est et significatione accentuque in medias res nos progredi cogit, *Ἄργος*. —

Ἄργος invenitur notissimo illo loco ϱ 291 ss., ubi canis Ulixis moribundus inducitur:

> *Ἄργος, Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος, ὅν ῥά ποτ' αὐτὸς*
> *θρέψε,*

praeterea in Apollodori bibl. III, 4, 4 in corruptissimis illis versibus ex pluribus locis consarcinatis et in marginem adscriptis. Cf. Ael. n. a. IV, 40. VII, 29. et Lucill. epigr. 12 [Jacobs. Anthol. III, 31]:

> *Εἰκοσέτους σωθέντας Ὀδυσσέος εἰς τὰ πατρῷα*
> *ἔγνω τὴν μορφὴν Ἄργος ἰδὼν ὁ κύων.*

Nomen nostrum esse adiectivum *ἀργός* accentu retracto translatum omnibus persuasum erit**). Invenitur

---

*) Quibus modis et quibus de causis nomina propria corrupta sint et mutilata Keilius explanavit in anall. epigr. et onomat. p. 175. — Addo hoc de via quadam, cui nomen est „Sternendamm", nuper a viro docto facete enarratum, quod mihi quidem affatim habet probabilitatis: Homini cuidam de ea via restituenda optime merito monumentum statuerunt cives tabulam in qua scripta erant verba: ‚hanc viam sternendam curavit'. Ex verbo ‚sternendam' finxere: ‚Sternendamm'!

**) Fickius in libro: ‚Die griech. Personennamen' Gött. 1874. etiam in hoc nomine, ni fallor, nihil aliud videt nisi formam quam ‚Koseform' significare solet, ad propria *Ἀργειφόντης*, *Ἀργιλεωνίς*, *Ἀργίλιπος*, similia reducendam! cf. p. 13. s. v: ‚*Ἄργος πάνυ* Koseform. *Ἄργος* Hundename = *ἀργίπους*.' Hac ratione numerabilibus illis propriis adhibita, quae aut appellativorum formis appropinquant aut eas aequant, non miror, quod pauca Fickio sunt reliqua ac paene neglegenda. Equidem non dubito *Ἄργος* intellegere *ἀργός*. Cf. quae sunt infra explicata de hac re et quibusdam aliis, quas quidem praetermittere nequibam, etsi de canum, non de hominum nominibus mihi agendum.

appositum substantivis *κύνες* Α 50. Σ 283. 578. [*πόδες ἀργοί*; item]: β 11. ϱ 62. υ 145 hisque locis nihil aliud indicare posse nisi celeritatem constare puto. Sed praeterea dictum *βόες ἀργοί* ψ 39 de bubus, qui mactandi sunt; *ἀργὴν χῆνα* aquila unguibus effert in aëra ο 161, et iam constat hic de colore quodam esse sermonem. Oritur difficultas, eas significationes apte coniungendi. Notissimum est quod Nitzschius ad β 11 interpretatus est Hermanni animadversione nisus, qui recte monuit, motu celeri effici splendorum quendam, quem nos quidem ‚Schimmer, Flimmer' dicere consuevimus. Sic notitiae motus atque coloris coniunguntur. Omitto plura satis nota ex Nitzschii quaestionibus et ex Buttmanni lexilogo II, p. 74 ss., ubi sermo est de usu et significatione primitiva vocabuli *αἰόλος*, quod quam simile sit verbo *ἀργός* et usu et significatione videmus. cf. e. g. τ 404 *πόδας αἰόλος ἵππος*.

Colores veteres aliter intellexisse atque nos*) cum multis exemplis tum iis perspicuum videtur, in quibus vocabula *μέλας* et *λευκός* apud Homerum exstant; quae argumento sunt, in universum res splendorem indicantes dici albas, res splendore carentes dici nigras, notiones denique colorum fuisse simplicissimas ac niti discrimine quod interest inter nostrum ‚hell' et ‚dunkel', aut ‚glänzend' et ‚matt'. Diu in his rebus commorari iam nec loci hic nec temporis; monendum tamen, ex tam incertis colorum cogitationibus varietates magnas exstitisse, quae nostris cogitationibus plane repugnant.

Sic apud Homerum legimus: *ὕδατι λευκῷ* Ψ 282. ε 70. et *μέλαν ὕδωρ* δ 359. ζ 91. μ 104. ν 409; tum,

*) Haud iuvat, omnia afferre de hac re nostris temporibus scripta. Cf. e. g. Gladstone, hom. Studien. Gladstone Farbensinn etc. H. Magnus, gesch. Entw. d. Farbens. Bezzenb. Beitr. II, 273. —

ut nostris cogitationibus plane respondet: *λευκοτέρην πριστοῦ ἐλέφαντος* σ 196. *λευκοὶ ὀδόντες* Κ 263 etc. *νύκτα μέλαιναν* Ω 366. Θ 486. *αἐτοῦ μέλανος* Φ 252 etc. Ecce quam aptum illud ο 161, nitidum anserem rapi ab aquila fusca. Cf. usum quoque verbi *χαροπός* λ 611 de leone, tum de mari [Soph. fr.] et luna, apud prosaïcos denique de colore fusco. cf. *χάρων*. Sed quaenam est significatio vocabuli *ἀργός* primitiva? Diligentius scrutantem non fugiet, rem de vocabulo *ἀργός* quodammodo aliter sese habere atque de *αἰόλος;* quod ad significationem principalem ‚beweglich' reducitur nullo negotio etiam illis locis, ubi de vespis, de teredinibus, de serpente, de armis dicitur [cf. Buttmann l. c.]; sed frustra quaerimus causas quibus adduci potuerit poeta anseribus vel bubus attributum dare *ἀργός*, si significationis originem trahit ex notione mobilitatis. Imo censeo, in notione primaria huius vocabuli cogitationem candendi praevaluisse. Itaque *ἀργοὶ βόες, ἀργαὶ χῆνες* de pelle candido sive de pennis nitidis, ut nos dicimus ‚schimmernd' eo sensu, ut magis de superficie laevi et tenera cogitemus quam de colore. Hinc sine ulla difficultate mea quidem sententia pervenimus ad significationem illam de canibus usurpatam. Puto enim, primitivam splendidi significationem translatam esse ad animi qualitates, ut sit *ἀργός* alacer, vivax, vigil, tum ferox fortasse, ardens, fervidus; *κύνες ἀργοί* sunt igitur ‚lebhafte, hurtige, mutige Hunde'; sic quoque transferimus *πόδας ἀργοί* ‚fussschnell' i. e. ‚in Bezug auf die Füsse regsam'.

Simili modo iudicamus de vocibus *χαρά, Χάρων* penitusque sumus a partibus Curtii [gr. Etymol. p. 198]; nonnulla commemoratione digna afferamus:

‚Sonne Zeitschr. X, 107 und Max Müller [II, 371] nehmen für *χαίρω, χάρις* skt. ghar, leuchten als Wurzel an . . . . Wir nehmen wol am besten an, dass die Wurzel ghar sich frühe in zwei Hauptbedeutungen spal-

tete: 1. glänzen, heiter sein. Dazu gehört χαίρω, χαρά, χάρμα, χάρις und seine Ableitungen; 2. glühen, vergeistigt begehren (vgl. ardere), dazu wol χάρμη etc.' —

Porro monendum, quomodo inter se cohaereant stirpes λυκ, λυγκ, λευκ et vocabula hinc derivata λύγξ, λύχνος, luscus, lumen. Amplectuntur sine ulla dubitatione notationes: „schimmernd, leuchtend, licht, hellfarbig: sehend". Cf. Curt. gr. Etym. p. 160. 371 etc. Welcker, gr. Götterl. I, p. 476 s.

Quod attinet denique ad translationes notionum, commemoramus vocabula de stirpe φα derivata; constat, ni fallor, notiones ‚leuchten' et ‚sprechen' fuisse cognatas. Item invenitur cognatio inter ‚scharf, spitz' et ‚schnell', inter ‚eilen' [σπέρχομαι] et ‚Eifer, Zorn' [ἀσπερχές]; inter ‚glänzen' [δαρκ, δέδορκα] et ‚sehen' [Δορκεύς]. —

Sed redeamus iam ad ἀργός. Pind. Py. 4, 194 legimus λευκαῖς φρασίν atque analogiam praebet usus latini argutus in hisce coniunctionibus: arguti oculi — arguta facunditas — argutae aves, cicadae [Martial.]. Quibus omnibus observationibus haud inutilibus ad nomina nostra diiudicanda ducimur ad etymologiam verbi nostri. Apud Curtium l. c. p. 171 docemur de stirpe ἀργ in ἀργός, ἀργής, ἄργυρος [lucidus, albus]; skt. arǵ-una-s a stirpe râǵ; lat. arguo, argûtus, argentum etc. et aptissime hoc loco commemoratur illud Titin. v. 28 ‚pedibus argutarier' de fullonum pedibus dictum. Sed his rebus affatim explanatis redeamus iam ad nomen proprium, a quo profecti sumus atque scrutemur quatenus usus adiectivi congruat cum natura animalium nominatorum. Ἄργος Homeri est sine dubio ‚Hurtig, Quix', idem quod ἀργός de canibus usurpatum.

Custodem quoque illum Jus, Jovis Niobesque filium, quem centum vel innumerabiles oculos habuisse tradiderunt, qui a Mercurio interficitur, aut canem aut monstrum immanis figurae veteres repraesentasse videntur, id quod

non mirum. Affero e. g. locum Tzetzae [exeg. Iliad. p. 153] a G. Hermanno integratum in annott. ad Aeschyl. Prom. v. 566: *τὸν δὲ Ἄργον εἶναι κύνα φασὶ κατὰ παντὸς τοῦ σώματος ὀφθαλμοὺς ἔχοντα καὶ φυλάττοντα τὴν Ἰὼ κ. τ. λ. ὅτι δὲ κύων ὁ Ἄργος, καὶ Ἱππῶναξ φησίν,*

Ἑρμῆ κύναγχα, Μῃονιστὶ Κανδαῦλα.

Αἰσχύλος δὲ οὐ κύνα πολυόφθαλμον τὸν Ἄργον, ἀλλὰ βουκόλον φησὶ λέγων ὡς ἀπὸ τῆς Ἰοῦς ἐν τῷ Προμηθεῖ „τὸν μυριωπὸν εἰσορῶ βούταν.“ [cf. 678:

— — — — *βουκόλος δὲ γηγενὴς*
ἄκρατος ὀργὴν Ἄργος ὡμάρτει, πυκνοῖς
ὄσσοις δεδορκὼς τοὺς ἐμοὺς κατὰ στίβους.]

Sequuntur ex Aegimio hi versus:

καί οἱ ἔπι σκοπὸν Ἄργον ἵει κρατερόντε μέγαντε
τέτρασιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρώμενον ἔνθα καὶ ἔνθα.
ἀκάμαντον δὲ οἱ ὦρσε θεὰ μένος, οὐδὲ οἱ ὕπνος
πῖπτεν ἐπὶ βλεφάροις, φυλακὴ δ'ἔχεν ἔμπεδος αἰεί. —

Cogitatio fulgendi ac lucendi omnibus temporibus certe coniuncta fuit non solum cum cogitatione hilaritatis alacritatisque, sed etiam cum cogitatione aperiendi et aliqua ex parte custodiendi tuendique, qua nituntur ni fallor etiam propria *Αἴθων, Λάμπων, Στίλβων, Φλέγων, Χάροψ, Χάρων*, alia. Cf. quae exposita sunt sub nomine *Σείριος*.

Accedit res alia, quam in eiusmodi quaestione ut gravem non praetermittendam censeo. Appellativum *κύων* ipsum habemus multis locis de portentis fabulosis usitatum, ut de harpyiis Apoll. Rh. Arg. II, 289: *Ἁρπυίας, μεγάλοιο Διὸς κύνας*. de Eumenidibus *κύνες κηρεσσιφόρητοι* Θ 527; saepius apud tragicos, e. g. Aeschyl. Choeph. 912 (Herm.):

ὅρα, φύλαξαι μητρὸς ἐγκότους κύνας

de Sphinge Arist. ran. 1319:

Σφίγγα δυσαμεριᾶν πρύτανιν κύνα,

quem versum ex Aeschyli ‚Sphinge‘ esse docet scholiastes

cf. Aeschyl. frgm. 250 [Herm.]. Soph. O. R. 391. Theodoridae XI [Jacobs, Anth. II, 45. animadvv. VIII p. 130]: *Κῆρας ἐπισσείσασα βίου κύνας* et nonnulla alia facillime colligenda, ex quibus exemplis facere non possumus quin concludamus, *κύων* dictum esse de aquila Jovis, de draconibus, de hydra eo sensu, quod servi, nuntii, custodes fuerunt, ita ut vocabula *κύων*, *δοῦλος*, *φύλαξ* promiscue adhiberentur. Haec iam probabantur Welckero [‚Die aeschylische Trilogie Prometheus.‘ p. 129 ss.]. Sed, ut iam ad Argum nostrum revertamur, non habemus, quod miremur in tanta notionum illarum consensione cogitationem fluctuasse Jusque custodi mox canis mox gigantis figuram tribuisse. Haec habui quae dicerem de servo illo Junonis, Jus custode, ‚den Funkelnden, Glänzenden,‘ cuius natura in proverbiis servabatur: *ὀξύτερον τοῦ Ἄργου ὁρᾶν καὶ πανταχόθεν τοῦ σώματος* Lucian. de hist. cscb. 10. [Cf. Themist. or. 7 p. 92], cuius nomen, ut in antiqua illa Graecorum fabula exstat, ita inter usitatissima certe canum nomina erat.

Sed priusquam ad alia nomina accedam pluribus tractanda res magnae et gravitatis et difficultatis, mutatio accentus, quae non solum in *Ἄργος* observatur, sed, ut omnia hic respicienda afferam, etiam in nominibus *Βαλίος*, *Θόος*, *Γόργος*, *Στίκτη*.

Accentuum usui, qui quidem in nominibus traditis nobis occurrit explanando operam dedit Lehrsius in dissertatione illa de accentibus [de Arist. studd. hom. ³ p. 259 ss.]. Quam perlegi saepius et intellexi multa esse impedimento eiusmodi quaestionibus, quorum partem iam eo perspicuam esse censeo, quod et in nominibus dandis et tradendis fors praevalet, quod mutationem nominum et mutilationem sane religioni veteres non habebant; deinde difficultates oriuntur quod nullus fere est canon, quin exceptiones habeat quodque in exigua veterum grammaticorum etymologiae scientia quominus ca-

nonibus traditis fidem magnam habeamus saepius impedimur. Quantopere hae leges autem ab externa vocabulorum forma pendeant satis compeitum habemus; quantopere contra pendere debebant ex cognitione rationis, quam veteres in propriis formandis sive canonibus sive sensu quodam ducti sequebantur!

Quod si cui dubium videretur, facile intellegeret ex eiusmodi exemplis a Lehrsio allatis ac diiudicatis: *δόλος* — *Δόλων* — *Δολίος*. *δράκων* — *Δρακίος*. *Θράσων* — *Θρασίος*. *Στράτων* — *Στρατίος* aut, quae e substantivorum numero afferre liceat: *Στερόπη* eodem modo fictum atque *Μερόπη*, *Δρυόπη* etc., aut mascul. *Ἴακχος* femin. *Ἰάκχη* etc., ubi non cogimur derivare a *δόλιος*; *στεροπή*; *ἰαχή* etc. De pluribus v. Lehrs. l. c. p. 282 ss. Ceterum rebus omnibus mecum deliberatis censeo vix fore ut causae rationesque earum rerum legibus confirmentur. Id quod mihi quoque facere non est in animo, sed licet coniicere.

Sermonem Graecum in propriis, quorum formae cum adiectivis congruebant, inclinasse ad retrahendum accentum, non ad promovendum constat [Lehrs. l. c. p. 264].*) In substantivis appellativis id raro fieri docent exempla a Lehrsio enumerata, quorum numerus facile augeri potest, sed ita, ut dubitare debeamus veteres utrum de appellativo cogitaverint necne. Cf. masc. *Ἀρέτης* fem. *Ἀρέτη* sive *Ἀρετή*. *Αὐγέας*: *Αὔγη*. *Πόμπος*: *Πόμπη*. *Ἄλκων* vel *Ἀλκίας*: *Ἄλκη*. *Ἐλπίας*: *Ἔλπις* [C. J. 717]. *Λυσίας*: *Λύσις* Ael. v. h. III, 17. Paus. 9, 13, 1 etc. *Στράτ(τ)ις* [Lehrs. l. c. n. 181.]: *Στράτος* Qu. Sm. 8, 99. Eodem modo fortssse: *Κάρπις* Her. 4, 49: *Κάρπος* E. M. 472, 20. Addimus porro ad alia propria sine ulla

*) Communicavit mecum benignissime prof. Dr. Bezzenberger vocabulum Indogermanicum, in quo idem atque in Graecis esse statuendum video: citrá adi., i. e. nitidus; Cítra proprium, nomen regis cuiusdam. cf. Grassmann. Wtb. z. Rigv. s. v.

dubitatione reducenda etsi forma eadem est atque appellativorum haec: *Δέλφιος*: *Δέλφις* Theocr, 2, 21. *Κτησίας*: *Κτῆσις* Isae. 4, 9. *Πραξίας*: *Πρᾶξις* Ael. v. h. 14, 24 etc. cf. Fick. l. l. p. XVI. Ecce quam precariae videntur quaestiones, quae in his rebus diiudicandis accentu appellativorum usu frequentatorum nituntur!

Haud inutile canum nomina huc spectantia afferre; sunt:

Αἰθήρ, *Αἰχμή*, *Ἀκτίς*, *Ἀλκή*, *Θυμός*, *Κραυγή*, *Οἰνάς*, *Ὀργή*, *Ὁρμή*, *Σπουδή*, *Φρουρά*, *Χαρά*, *Ψυχή* ex Xenoph. Cyn. VII, 5; *Λαμπάς* ex Ael. n. a. De aliis ex inscriptionibus collectis nil certi constituendum. Apud Xenophontem autem qualia sint nomina illa iam supra dictum est. Omnia appellativa igitur hoc loco accentum retinent [quae causa Benselerum adduxerit hic legere *Λογχή* haud intellego]. Omnibus rebus cognitis quid statuendum videtur? — Substantiva appellativa, propria facta accentum servare potuisse nec quidquam in iis esse mutatum tum praecipue, cum significationem primitivam servare et ostendere eius intererat, qui nomina dabat sive danda proposuit; paulatim, cum genera existebant propriorum variis terminationibus formatorum, saepius duplices formae ortae sunt, appellativum et proprium paris formae, cuius accentus igitur analogiam aliorum propriorum secutus erat, e. g. *αὐγή*. *Αὐγέας*: *Αὔγη*; *ἀρετή*. *Ἀρέτης*: *Ἀρέτη* etc. Inde exiit usus proprii ab appellativo accentu distinguendi, qui usus significatione primitiva propriorum magis magisque evanescente ac iam nulli rei nisi externae formae inhaerescentibus veteribus progredientibus saeculis vulgaris erat causaque fuit vacillationum variarum. Hic me dissentire video a Fickio. Is enim canone illo nisus [l. l. p. LX]: ‚die Masse der griechischen einstämmigen Namen (beruht) durchaus auf dem zweistämmigen Namen und ist durch kosende Kürzung aus demselben entstanden‘ — non mihi est in

animo hic penitus abnegare id quod disertissime argumentatus est p. LII. LX ss. CXLIII. — eo usque pervenit, ut neget proprium omnino de stirpe simplici aliqua terminationibus usitatis adhibitis esse derivatum, nedum concedat, appellativa in numerum propriorum esse accepta, exceptis nonnullis quae proprie sunt animalium etc., ut *Κάπρος*, *Ἰκτῖνος*, *Σάτυρος* etc. cf. p. LX. Quid de accentibus? ‚Um diese meistens mit den wirklich echten Bestandteilen der Vollnamen lautlich zusammenfallenden Kosenamen vor dem Misverständnis zu schützen, als beständen sie in Wahrheit für sich selbst ohne Anlehnung an die entsprechenden zweistämmigen Namen, haben die Griechen die sinnreiche Auskunft ergriffen, die fraglichen Kosenamen für die weitaus grösste Zahl der Fälle durch den Accent von den betreffenden Wörtern der Sprache zu scheiden' etc. [p. XVIII.] Quae omnia quamvis probabilia magna ex parte tamen me quidem non poterant adducere, ut arbitrarer, appellativa in nominibus dandis esse neglecta; propria, opinor, hoc opusculo tractata affatim docebunt, nomina ex appellativis esse electa nec adeo ea a Graecis esse repudiata, ut iam inde antiquitus opus esset canone ingeniose invento quo appareret, formas esse decurtatas, familiare quodammodo sonantes. Quas iam antiquis temporibus exstitisse haud nego; multum valuisse ad accentus retrahendos sine ulla dubitatione confirmaverim. Multorum propriorum formas fortuito congruere cum appellativis iam supra dictum. —

Sed commemorata, quae pluribus demonstrare hoc loco mihi non licet, si cui de hominum nominibus parum apte dicta videbuntur, attamen de canum nominibus futuros esse spero qui accipiant. Cf. finem huius capitis. Credo ego, fuisse appellativa inter nomina propria Graecorum, etsi praecipue adiectiva antiquis temporibus, quae quidem novimus ex veterum scriptis, hominibus non iam tribuebantur; credo ea, praesertim significatione per-

dita, paulatim accentu sese applicuisse innumerabilibus illis propriis simplicibus duarum syllabarum; de quorum origine quoquo modo iudicabimus, videmus omnia fere esse barytona. Excipiuntur tantummodo quae exeunt in — *ᾶς*, *Ἀγαθᾶς*, *Καναχᾶς*, *Κεφαλᾶς*, *Προσδοκᾶς* [cf. Fick. l. l. p. XVI.]; sunt partim contracta, partim ex aliis dialectis allata, partim mirum in modum mutilata; tum illa in — *ώ*, *οῦς* poëtica magnam partem *Ἀελλώ*, *Μελανθώ*, *Ἀθηνώ*; deinde feminina in — *ίς*, et masculina in — *εύς* exeuntia [cf. Fick. p. XLI]; inter propria in — *ος* sunt oxytona participia: *Ἀγαπωμενός*, *Κλαυσαμενός* [Fick. p. LII s. LV.] et antiquis temporibus ignota illa in — *ιανός*: *Ἀμμωνιανός*, *Βασιλιανός*. Attamen in adiectivis, quae modo explicata propria maxime attingunt, aliter fortasse res se habet. Equidem in adiectivis quoque, ubi in propria abierunt, accentum initio non mutatum esse confirmaverim eoque magis quod recordor ea quae iam in urbium nominibus Lehrsius constituit [p. 288]. ‚Multa enim vel ab initio vel plerumque apposito substantivo dicta, tum sine substantivo per ellipsin.' Nihil, puto, impedit, ne in hominum nominibus omnibus huc pertinentibus similia statuamus. In propriis autem quae proprie sunt adiectiva a gentibus urbibusve derivata cogitatio appositi *ἀνήρ* fortasse magis sentiebatur, quam e. g. in propriis quae sunt adiectiva colorem indicantia ob eamque rem in his accentus servabatur: *Μολοττός*, *Βοιωτός*, *Λοκρός* Paus I, 8, 4., [*Σάμιος* Xen. Hell. 3, 1, 1 etc.].

Sic venio ad adjectiva illa numerabilia in — *ος* exeuntia [Lehrs l. c. p. 276 ss.]; quorum in numero plurima propria inveniuntur; hic occasionem mutandi ac necessitatem distinguendi ab adiectivis magis quam in aliis adfuisse arbitror. Et retraxerunt accentum. Nam exceptiones sane perpaucae, quibus nonnullae fortasse dispersae adiici poterunt [*Κελαινός*, *Φωτεινός* e. g.], haud

scio an casu accentum tenebant praesertim si scriptoris intererat ‚sic fingere nomina, ut propriam adiectivi significationem audientis animo insinuaret‘, id quod iam in Xenophontis nominibus statuebamus. Cf illud. ab Aristarcho subtiliter observatum ad Σ 39. 46. Lehrs. l. c. p. 261; an magna ex parte usum sequebantur illorum: *Ἀγαπητός, Νοητός, Πινυτός, Ἀλεξαμενός, Ἀκουμενός* etc?

Itaque, ut omnia supra exposita paucis comprehendam, sic iudico:

I. Usum accentus adiectivorum simplicium in — *ος* et — *ης* mutandi eo demum tempore ortum esse, cum in nominibus dandis significatio vocabuli iam non respiciebatur.

II. Mutationes ipsas intellegi ex eo quod multis locis propria et appellativa decernenda erant et, quod ad formam attinet, ex analogiis in variis generibus eorum propriorum inventis, quae certis terminationibus fingebantur. cf. *ἀργός. Ἄργιος: Ἄργος; αἰσχρός. Αἴσχρων: Αἴσχρη.* etc. Accentus retrahebantur.

III. Interfuisse nonnunquam inter *Γόργος* et *Γοργός, Κλύτος* et *Κλυτός, Ξάνθος* et *Ξανθός* etc. Ut nos interdum, si id quod nomen hominis proprie significat, casu cum virtute eius sive vitio congruit, formam adhibere solemus, quae id exprimere videtur adiectivoque appropinquat, e. g. Kurz sive Kurtz: Kurzer; Roth: Rother; Herrlich: Herrlicher; Klein: Kleiner; similia. — Itaque:

IV. Usus accentus retrahendi non est inventio grammaticorum antiquorum intellegendus. —

Nunc priusquam ab accentu discedamus nomina liceat enumerare nostra quae huius quaestionis causa fuerunt. Sunt a colore petita: *Βαλίος* Apd. bibl. III, 4, 4. *Σείριος* (?) Phot. bibl. 340 b 36. *Στίκτη* Ovid. Hyg. a.; ab alia corporis laude [sive vitio]: *Θόος* Ovid. Hyg. a. *Λάβρος* ibid. *Πόδαργος* Ael. n. a. XI, 13. *Ἄλκιμος* ibid. *Ὄβριμος* Hyg. b. *Πάχυλος* (?) Hyg. b.; ad animum

pertinentia Ἄγριος Hyg. b. Γόργος C. J. 8139. Μάχιμος Hyg. b. Στερρός Xen. Cyn. VII, 5. Κιρρά Arrian. de ven. 18, 1. Ἄργος Apd. bibl. III, 4, 4. Od. etc.

De Στερρός hoc modo dicam, non mirum mihi videri accentum servari, cum reliquis appellativis ibi propositis sese accommodaverit, e. g. Αἰθήρ. Ἀκτίς. Ὀργή. Quod ad Ἀργός attinet loco illo Apollodori, qui mendis sane abundat, etiam M. Schmidtium, qui locum restituendum curavit et de singulis rebus diserte egit, hunc accentum posuisse video, quamquam repugnant ea ipsa quae affert ex Theodos. Byz. in epit. καθ. Herod. p. 203, 19. Goettl.: ἀργός — εἰ δὲ βαρύνεται, ὄνομα τόπου καὶ κυνὸς καὶ ἀνδρός. cf. Mus. Rhen. VI p. 408, de quo toto loco infra loquemur. De Κιρρά autem quomodo iudicandum sit paene ignoro. Legimus apud Arrian. 18, 1 tria canum nomina Κιρρά, Βόννα, Ὁρμή, quae certe, praesertim cum exempli gratia allata videantur, crebriora fuerunt quam de quorum accentibus quisquam dubitare posset. Si numerabilia canum nomina supra collecta ita perlegemus, ut formas simulque locos quibus inveniuntur respiciamus, intellegemus, derivatas et compositas formas in catalogis enumerari, qui Actaeonis canes, mythologicos igitur, continent, aliis locis contra, ubi de nominibus usus cotidiani esse sermonem ponere debemus, formas breves, i. e. appellativa, substantiva et adiectiva exstare. Haec praecipue eligebantur; et in canum nominibus, ut iam supra dictum est, certe saepissime rationem habebant qualitatum vel animi vel corporis eoque minus a principali adiectivi forma, quacum accentum magis fortasse cohaerere existimamus quam nos sentire possumus, discedebant.*) Haud scio

*) Ceterum nominum propriorum hominibus adhibitorum significationem multo magis saepiusque palluisse quam eorum quae de canibus usurpabantur iam ex eo sequitur, quod hominum nomina maxima ex parte gentilicia erant ad posteros nulla aut exigua mu-

igitur an *Κιρρά* auribus Graecis canis nomen fuerit, *Κίρρα* contra nomen urbis illius, quod exhibetur e. g. apud Pind. Py. 3, 74. *τοὺς ἀριστεύων Φερένικος ἕλ' ἐν Κίρρᾳ ποτέ.* Strab. IX, 416. Paus. X, 1, 2. Quid plura? Demonstrandum putabam non cuiuslibet esse *Κιρρά* mutare in *Κίρρα* aut *Στερρός* in *Στέρρος.*

Nomina canum plurima occurrunt nobis iis locis qui

De Actaeonis canibus

memoriae aliqüid tradiderunt, de quibus iam pauca diximus.

Fabula de Actaeonis fato luctuoso tam multis locis memoriae tradita est, ut pro certo habeamus eam a poetis libenter tractatam esse; id quod pluribus exponere nolumus. Causam leti funesti Apollodorus in bibl. III, 4, 4 incertam fuisse enarrat. Cf. locos infra laudatos. Pausan. 9, 2, 3 quoque de Actaeone nonnulla affert sed illas fabulas coniunxisse videtur ex Stesichori poemate: *Στησίχορος δὲ ὁ Ἱμεραῖος ἔγραψεν ἐλάφου περιβαλεῖν δέρμα Ἀκταίωνι τὴν θεὸν, παρασκευάζουσαν οἱ τὸν ἐκ τῶν κυνῶν θάνατον, ἵνα δὴ μὴ γυναῖκα Σεμέλην λάβοι.* Simplicissima et antiquissima fortasse fabulae forma, quae saepius occurrit ubi causa quaeritur mortis horribilis atque inauditae plerumque a poetis inventa in eo quod peccaverunt homines superbia et petulantia poenasque pendere eos oportet laesae pietatis, legimus in Euripidis Bacchis v. 377 ss.:

tatione translata propterea quod avi proavive fuerant. Longe aliter factum esse in nostris propriis luce clarior. —

ὁρᾷς τὸν Ἀκταίωνος ἄθλιον μόρον,
ὃν ὠμόσιτοι σκύλακες, ἃς ἐθρέψατο,
διεσπάσαντο, κρείσσον' ἐν κυναγίαις
Ἀρτέμιδος εἶναι κομπάσαντ', ἐν ὀργάσιν. —

Hac igitur fabula canes simul cum venatore infelici clari facti sunt. Similia nomenclationis exempla in fabulis haud raro invenire scimus, e. g. in fabula Nibelungorum: ‚das Ross Grane'; ‚das Schwert Balmung.' Sic canibus illis quoque nomina dabantur, pauca initio; numerus eorum tum demum augebatur, opinor, cum, ut saepe fit in fabulis, ornandi causa varia adiiciebantur, initio neglecta paulatim amplificabantur. Exhibent autem nomina hi scriptores: Hyginus, fab. 181. Ovid. Met. III, 206—233. Pollux, onom. V 47 [ex Aeschylo]. Apollod. bibl. III, 4, 4, quorum locorum is qui difficillimus esse videtur, Appollodori, primus hic explicetur. Post fabulae enarrationem libri omnes haec fere exhibent:

τὰ ὀνόματα τῶν Ἀκταίωνος κυνῶν· ἐκ τῶν οὕτω
Δὴ νῦν καλὸν σῶμα περισταδόν, ἠΰτε θῆρες
τοῦδάσαντο κύνες κρατεροῦ πέλας ἄρκενα πρώτη
— — — μετὰ ταύτην ἄλκιμα τέκνα
Λυγκεὺς καὶ βάνος πόδας ἀνετὸς ἠδ' ἀμάρυνθος
καὶ οὓς ὀνομαστί διήνεγκεν, ὡς καταλέξῃ.
(καὶ) τότ Ἀκταῖον κτεῖνε Διὸς αἰνεσίῃσι
πρῶτος γὰρ μέλαν ἀπὸ πίον σφετέροιο ἄνακτος
παρτὸς τ' ὢ Ἀργός τε βορῆς αἰψηροκέλευθος
οὗ δ' Ἀκταίου πρῶτοι φάγον αἷμα δ' ἔδαψαν
τοὺς δὲ μετ' ἄλλοι πάντες ἐπέσσυθον ἐμμεμαῶτες,
Ἀργαλέων ὀδύνων ἄκος ἔμμεναι ἀνθρώποισιν. —

Habemus locum de quo disputandum est sane corruptum, ita relatum, ut exscripsit M. Schmidt. in Mus. Rhen. 1848. VI. p. 405. Heynius versus ex pluribus poetarum locis in marginem adscriptis consarcinatos esse arbitratus ea tantum restituisse videtur in quibus quae menda sint extemplo intellegi potest. Ceterum: ‚quibus adhaerescere, inquit, si vellem, otii male collocati reus iure agerer.' Quid? Non idem iudicaverunt M. Schmidt.

l. l. et Th. Bergk. in ‚Zeitschrift für die Altertumswissenschaft‘ VIII. 1850 p. 401 ss. qui non solum totum locum metrice restituendum curaverunt coniecturarum satis magna copia adhibita, sed etiam poëtas nominaverunt, ex quibus eum exscriptum esse verisimile. Ac Schmidtius quidem l. c. p. 411, qui hexametros versus legit, locum Eratostheni tribuit, Bergkius autem loco Paus. IX, 2, 3 nisus versus sine ulla dubitatione Stesichori esse censet*). Rem in medio relinquere liceat, quae ad auctorem attinet; coniecturarum partem perscrutemur necesse. —

Versibus praecedunt verba *τὰ ὀνόματα τῶν Ἀκταίωνος κυνῶν ἐκ τῶν οὕτω.* Coniicitur, post *τῶν* titulum libri vel auctoris nomen vel similia excidisse, Heynius et Westermannus lacunam post *οὗτοι* [*οὕτω*] ponunt. At Schmidtius verba *ἐκ τῶν οὕτω* iam in versibus munerat atque *ἐκ τῶν* esse censet *Ἀκταίονος, οὕτω*: *οὖλοι* i. e. conferti; verbum quaerit in vocabulis *δή νῦν*, quae sunt *δίνευν* pro *ἐδίνεον*; porro: *σῶμα* et *ἔναμμα* haud raro eodem sensu inveniuntur, Dianaque nonnullorum traditione Actaeonem cervi pelle induisse dicitur; itaque Schmidtio hic *ἔναμμα* praeferendum videtur et prima verba sunt:

— — — Ἀκταίονος οὖλοι
Δίνευν καλὸν ἔναμμα περισταδόν.

Bergkius verba librorum immutata fere accepit. Quid de Schmidtii conatu? Videmus iam quaenam fuerit ars critica quam huic loco adhibendam esse putabat. Mihi quidem tam in his quam in sequentibus coniecturis non probatur arbitranti, a librorum lectione quamvis perditissima tum demum penitus discedendum esse, cum

---

*) Cf. quoque Poll. on. V, 38: *Νίκανδρος δὲ ὁ Κολοφώνιος τοὺς Ἰνδικοὺς κύνας ἀπογόνους εἶναί φησι τῶν Ἀκταίονος κυνῶν, αἳ μετὰ τὴν λύτταν σωφρονήσασαι, διαβᾶσαι τὸν Εὐφράτην ἐπλανήθησαν εἰς Ἰνδούς.* Floruisse Nicander Colophonius dicitur Attali III. temporibus c. Ol. 158.

omnino spe restituendi sublata necessitas postulat, quam quidem necessitatem hic adesse nego. De verbis supra commemoratis e. g. haec protulerim: Si verba *ἐκ τῶν οὕτω* removentur, post *κυνῶν* expectamus nomina ipsa; sed sequuntur nonnulla de morte Actaeonis ipsa. Mihi multo probabilius videtur sic scriptum fuisse: *τὰ ὀνόματα τῶν Ἀκταίωνος κυνῶν ἐκ τούτων* [sc. *μαθήσῃ*, intelleges] vel *ἐκ τῶν* * * * *οὕτω;* hoc enim cum sequentibus versibus coniungere non difficile est, si verba *δὴ νῦν* retinentur. Et retineo. Verbum, quod Schmidtius hic quaerit, hoc loco non desidero; exstat ni fallor in *περίσταδον*, i. e. *περίστασαν*, „umzingelten". De *ἔστασαν* pro *ἔστησαν* cf. *Μ* 56. *γ* 182. Poeta igitur, postquam deam iratam Actaeoni pellem cervi induisse — hac forma hic fabulam traditam esse demonstrant verba *καλὸν σῶμα*, quae de hominis corpore dicta sunt — et canes furore inflammatos dominum prostravisse narravit, eodem sensu fortasse perrexit atque Ovidius Met. III 249. 250:

Undique circumstant [sc. canes] mersisque in corpore rostris
Dilacerant falsi dominum sub imagine cervi. —

Sensus comparationis, quae incipit verbo *ἠύτε*, est: se satiabant canes carne domini, ut ferae bestiae se satiare solent corpus necati hominis circumstantes. Nihil certe video, quod huic sensui obstare possit; *θήρ* pro fera non est impedimento; imo apud Homerum leo sive lupus est; cf. *κύνες θήρεσσιν ἐοικότες* *ξ* 21 i. e. *ὠμόσιτοι σκύλακες* Eur. Bacch. 338 neque ineptum est quod *θῆρες* hic contrarii sunt quodammodo *κυσὶ κρατεροῖς*. Itaque non cogimur mutare in *θηρὸς* [Bergk.], *θῆρα* [Schm.]. *τοῦ δάσαντο* sine dubio vitium habent. Sed ne hic quidem longius nos aberrare a libris iubet necessitas, si restituimus *τοῦδ' ἄσαντο*; *δάσσαντο* quoque [*δάσασθαι*] haud penitus repudiaverim, quod saepius de dilacerando et vorando usurpatur. *Ψ* 21:

Ἕκτορα δεῦρ' ἐρύσας δώσειν κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι.

et σ 87:

μήδεά τ' ἐξερύσας δώῃ κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι.

Sed τοῦδε, hoc modo si coniicitur, superfluum videtur nec habemus verbum ad quod referatur. Itaque neglecta Westermanni lectione τοῦδε δάσαντο propono τοῦδ' ἄσαντο; forma ducitur ab ἄω [ἄδω] quod ‚behagliche, wohlthuende Sättigung' significare docet Buttm. lexil. II, 129 s. allato loco ad hoc utilissimo *T* 307:

Μή με πρὶν σίτοιο κελεύετε μηδὲ ποτῆτος
Ἄασθαι φίλον ἦτορ —

item de canibus ipsis *Λ* 818

ἄσειν ἐν Τροίῃ ταχέας κύνας ἀργέτι δημῷ

cf. *Ω* 211.

ὠδάξαντο Bergkii nonnullas quidem difficultates tollit, sed significatione ineptum videtur. Schmidtius scripsit:

[τοῦ κεφαλὴν] οὐδάς δε κύνες κρατεροῖο πέλασσαν. [!]

Verba igitur loci nostri adhuc tractata fuerunt fortasse:

Τὰ ὀνόματα τῶν Ἀκταίωνος κυνῶν ἐκ
τούτων [μαθήσῃ]·
Οὕτω
Δὴ νῦν καλὸν σῶμα περίστασαν ἠύτε θῆρες
τοῦδ' ἄσαντο κύνες κρατεροί.

Sed nolo commorari in mendis huius loci numerabilibus corrigendis; ea ipsa quae dixi sentio fuisse longiora; prosodia maximam affert difficultatem et Bergkium ubique recta iudicasse erunt qui negent. Re vera autem complures poetarum loci una allati esse videntur ab homine quodam, qui ex memoria in margine annotavit versus canum nomina continentes, quos omnes enumerare eius non intererat, si omnino memoria tenebat. Qua in ratione non solum lacunarum mendorumque sed etiam ieiunitatis ac repetitionum causa quaerenda est. — Quae omnia hic admonere operae pretium fuisse mihi videor, cum magni momenti sit ad nomina propria l. l. allata et recte diiudicanda et aliorum sententiam refellendam. —

In ἄρκενα nomen canis inesse luce clarior neque dubito quin sit sola Scaligeri coniectura a Schmidtio

quoque recepta, *Ἅρπυια* probanda. Is, qui locum descripsit, versus hexametros, quos in sequentibus praevalere videbat, et hic fortasse componere studebat cumque post *πέλας* verba deessent, ex proximo versu *Ἅρπυια πρώτη* assumpsit, de nominibus multo minus etiam sollicitus, quam de re metrica et grammatica in reliquis verbis. Itaque lacunam post *πρώτη* effecit, quae non tolerabilis videtur. Sed venimus iam ad nomina. *ἄρκενα* exhibent libri. Coniecerunt: *Ἄργια* Mitscherlich. *Ἅρπυια* Scaliger. *Ἀργέννη* Heyn. *Ἄρκυα* Westermann. *Λάκαινα* Keil. *Ἄλκαινα* Bergk., quorum omnium *Ἄλκαινα* et *Ἅρπυια* imprimis sunt respicienda. Illud enim nomen Bergkius assumpsit ex schol. X. 29: *οἱ κύνες πολλάκις ὀνομάζονται μετὰ τῶν κτητόρων, οἷον Κέρβερος Ἅιδου, Ὄρθρος Γηρυόνου, Ἄλκαινα Ἀκταίωνος.* Concludit igitur, *Ἄλκαινα* fuisse canem Actaeonis quem in deliciis habebat, cuius nomen iam in antiquissima traditione inveniebatur. Ceterum probat Ungeri sententiam [Theb. parad. p. 378] qui in *Ἄλκαινα* coniicit *Ἄλκη* Ovidii et Hygini. Keilium hoc loco falso coniecisse *Λάκαινα* confirmat Bergkius, merito, ut mea quidem fert opinio*). Quidquid id est, praefero equidem nomen Ἅ ρ π υ ι α, primum quod non solum in primo et secundo Hygini catalogo et in Ov. Met. III, 215 [‚et natis comitata Harpyia duobus‘ admonent verborum *μετὰ ταύτην δ'ἄλκιμα τέκνα;*

*) Paene suspicor Keilium explanatione sua ad commutandum adductum esse, non eo, quod nomen *Ἄλκαινα* ineptum esse possit. Cadit sane in analogiam verborum *λέαινα, τέκταινα* [Bergk. l. l.], *Λάκαινα;* sic ab *Ἄλκων Ἄλκαινα.* Quam parum intersit, *Λάκαινα* exstare in Hygini catalogo b perspicuum esse credo; neque multum refert, apud Pindarum inveniri fragmentum [73. p. 599 Boeckh.]:

Ἀπὸ Ταϋγέτου μὲν Λάκαιναν
ἐπὶ θηρσὶ κύνα τρέχειν πυκινώτατον ἑρπετόν κ. τ. λ.

Nihil sane impedit quominus *Λάκαιναν* intellegamus adiectivum. Spartana gente canes fuisse clarissimos scimus. De mero adiectivo *Λάκαινα* cf. Lob. Phryn. 341. Her. VII, 235 *ἡ Λάκαινα χώρη.* —

hi nati fortasse ubique cum cane nominabantur], sed etiam apud Pollucem V, 47 inter quatuor illa canum nomina exstat, quae Aeschylus commemorasse fertur. Tum, si discernere cui veniet in mentem, quinam fuerint canes fabula antiquissima traditi, videat, ne quid detrimenti capiat. Etenim cum arbitrer initio nomina canum in hac fabula pauca fuisse — si omnino fuerunt —, tamen iam inde antiquitus poetas id egisse censeo ut numerum nominum explerent — numerus L ut in capitibus Cerberi nihil aliud ni fallor indicat nisi ingentem numerum; sic saepius numerus pro effectu rei terribili est —. Aliter haud declarandum est fontes ex quibus hausit Hyginus, tam magnos et varios indices nominum exhibuisse. Vix quatuor nomina catalogi b sunt eadem atque in a. Haec omnia suspicionem movent poetas vel ex suo ingenio atque memoria vel ex numero nominum mythologicorum illa formasse ac collegisse. Sed quid multa? Verbis *Ἄλκαινα Ἀκταίωνος* non cogimur concludere positam esse canem solam tanquam praestantissimam a scholiasta propter insignem virtutem vimque odoram [sic Keil. l. l.]; neque quaero neque invenio quid aliud nisi: sic aliquis ex Actaeonis canibus unum commemoret. Sin autem omnino hic de antiquissimis canum Actaeonis nominibus sermo fieri potest, illa a Polluce tradita imprimis mentione digna videntur, sed ea quoque omnia praeter unum et nostrum frustra apud Hyginum et Ovidium quaerimus. —

Ἅρπυια derivatum est a stirpe *ἁρπ* [rap] et nostro ‚Greif' penitus respondet etiam eo quod nos quoque adhibemus nomen portentis fabulosis. Similiter nomina canum et hominum usitata finguntur, ut *Ἅρπαλος* Ov. Hyg. a., *Ἁρπάλυκος* Hyg. b. — *Ἁρπαλεύς* etc.

Jam venimus ad *ἄλκιμα τέκνα*, quorum primum est:

Λ υ γ κ ε ύ ς. Sic habent libri; omnes acceperunt meritissimo; forma derivanda est a *λυγκ* [*λύγξ*], *λυκ*,

luchs; de acute videndo dictum est proprium et hominibus adhibitum. Propriorum numerabilium quae finiuntur in — *εύς* [cf. Lob. parall. p. 232 ss.] etiam alibi nonnulla inveniuntur quibus canes nominabantur; sic *Ἀνθεύς* Xen. *Γηθεύς* ibid. *Δορκεύς* Hyg. b. [a stirpe *δερκ*, *δόρξ*; de oculis igitur nomen dabatur. cf. *δορκάς*, Gazelle, proprium e. g. Luc. de mer. 9. Jahn spec. epigr. p. 246 etc.]. *Ὑλεύς* Xen. *Λυγκεύς* et *Ὑλεύς* in venatoribus quoque sunt apri Calydonii Hyg. fab. 173. His igitur, in fabularum usum fortasse formatis ut nostra ‚Luchsauge, Waldmann, Rehauge etc.' [cum *Ὑλεύς* Blane recte comparat Britannicum ‚Dashwood'] promiscue utebantur et hominum et canum et aliorum animalium nominibus. Eodem pertinet proprium *Λυγκήστη* Hyg. b., in quo nomine nonnulli mendum inesse coniiciunt [Buntius: *Λυκίσκη*; Munckerus: *Λυγκάστη*]. Equidem cum Schmidtio [ed. Hygini fabularum] lego *Λυγκήστη* et in traditione tam incerta me potius inclinare ad reservandam librorum lectionem quatenus fieri potest quam ex ingenti numero propriorum inter se simillimorum eligere iam saepius commemoravi *Λύγκηστος*, *Λυγκηστίς* sunt hominum nomina; cum his cohaeret *Λυγκήστη*, quod corruptum esse ex nostro *Λυγκεύς* [sic Schmidt. contendit Mus. Rhen. l. l. p. 407] non persuasum habeo. —

Si ad versus nostros nunc revertimur, sequitur *βάνος*, pro quo Mitscherlich. optime et eleganter coniecit: *Βαλίος*, quod nomen multis de causis hic nobis probatur; primum quod facillime mutantur litterae; deinde quod nomen equorum antiquissimum et usitatissimum fuisse videtur. Quorum multa praesertim celeritatem sive colorem indicantia et de canibus adhibita esse luce clarius est. Eiusmodi nomina sunt *Πόδαργος* canis nomen Ael. n. a. XI, 13. C. J. 8139, equi: *Ψ* 295. Pollux V, 47 etc. *Λάμπος* canis nomen Hyg. b., equi *ψ* 246. Hyg. fab. 30. *Αὔρα* canis Pollux V, 45. C. J. 7285., equus

Paus. VI. 13, 9. *Αἴθων* canis Hyg. b, equus Ovid. Met. 2, 153 etc. saepissime. *Κόραξ* canis Poll. V, 47. equus C. J. 7374. 7379. *Κυλλώ* canis Hyg. b., equi nomen haud rarum. *Φλέγων* canis Xen. Cyn. VII, 5. Solis equus Ov. Met. II, 154. Hyg. fab. 183*). —

Superest, ut de significatione et de accentu verba faciam. *Βαλίος* igitur in iis numeramus propriis, quae ex adiectivis immutata forma sed retracto accentu assumta sunt. *βαλιός* i. e. *στικτός* [*Στίκτη* Ovid. Hyg. a], maculosus, scutulatus, variegato colore, nostrum „scheckig", „Scheck". De perdice id habemus apud Simm. Rhod. IV: *θηρείσεις βαλίους συνομήλικας ἐν νόμῳ ὕλης*. Cf. Eur. Iphig. Aul. 222: *ἵππους λευκοστίκτῳ τριχὶ βαλιούς*. et Lob. pathol. serm. gr. prolegg. p. 265, ubi agit de nonnullis vocabulis a stirpe illa *φα* derivata, de quibus iam in praefatione sermo fiebat: *φαλός*, *φαληρός*, *φαλιός*, *βαλιός*: *ὁ ἔχων τὸ λευκὸν ἐν τῷ μετώπῳ* schol. Theocr. VIII, 26. „Sic et germanice equus vocatur et fulica**) [*φαληρίς*] a macula frontis alba „Blaesse, Blaessling." V. Ovid. Met. III 221 s. ‚et nigram medio frontem distinctus ab albo Harpalos'.

Concedimus iam vocabulum principaliter fuisse usurpatum de capite micante et albente quadam ex parte [cf. *φαλακρός*], tum de galea fulgente quae est in capite, v. *φάλος*, *φάλαρα*; quin denique ampliorem significationem acceperit dubium non esse puto, ut sit latine ‚scutulatus', de equis quoque dictum. Singulari notationum cognatione, simili ei quam in *ἀργός* observavimus, paulatim notationem celeritatis accepisse videtur, e. g. si sermo est de *βαλιαῖς ἐλάφοις*. Liceat autem canum nomina propria quae sunt proprie adiectiva et participia a colore petita enumerare. Sunt: *Βαλίος*; *Κιρρά* gilva,

---

*) *Βαλίος* est equus *Π* 149. *Τ* 400 Apollod. III, 13, 5. Nonn. 37, 335: *Ζεφυρηίδος αἷμα γενέθλης*. —

**) cf. Ar. Av. 565. Ach. 875. Buttm. lexil. 2, 248.

Vahl; *Μελαγχαίτης*; v. Hes. sc. 186 ut *κυανοχαίτης*, *γλαυκοχαίτης*, *δρομιχαίτης* etc., *Μελάμπους*; *Σείριος* i. e. ardens; *Στίκτη* maculosa. *Χάροψ*, pro *χαροπός* fortasse, de quovis colore sublucido nec tamen splendido usurpatum, simile latino ‚caeruleus', ‚caesius'. Participia eiusmodi habemus haec: *Αἴθων*; *Λάμπων*; *Στίλβων*; *Φλέγων*. —

De accentu restat ut pauca dicam. Quod attinet ad adiectiva in — *ιος* exeuntia, res in promtu esse videtur. V. Arcad. 41, 28: *Τὰ διὰ τοῦ ιος τρισύλλαβα κύρια, ἔχοντα τὴν τρίτην μακρὰν, προπαροξύνεται, Μοῦλιος, Βάκχιος, Σέργιος· τὸ δὲ Ἐρχίος παροξύνεται.* — Exempla numerabilia apud Lehrsium inveniuntur l. c. Etiam hic igitur acute distinguendum est, quae vocabulorum terminatione — *ιος* fictorum sint propria derivata, vera propria, ut ita dicam, ut *Αἴγιος*, *Αἴνιος*, *Ἄκιος*, *Ἄλκιος*, *Ζήλιος*, *Θαλίος*, *Θέστιος* etc., *Ἅγνιος*, *Ἄλλιος*, *Δείνιος*, *Ἄργιος*, *Μοῦλιος* etc., et quae contra formas exhibeant adiectivorum formis pares, *Ἄγριος* dico, *Αἴσιος*, *Δολίος*, *Θούριος*, *Σχεδίος* etc., quorum apud Homerum pro adiectivo nullum esse Lehrsius docet praeter *δόλιος* placuitque ei quoque in hac re plurimum tribuere analogiae, meritissimo mea quidem sententia et constare iam contendo in sexcentis casibus, ubi proprium nomen hominis eandem formam habet atque adiectivum, veteres de hoc non cogitasse, imo huius similitudinis eos ne conscios quidem sibi fuisse.

Sic reducimus nullo negotio *Δολίος* [*δ* 735, *σ* 322, saepius] ad *δόλος*, *Δόλων* *K* 314, ut *Δρακίος* ad *Δράκων* etc. Cf. Lehrs. l. c. et Fick. l. l. p. XXXI.

Nonnulla restare video commemoratione digna. *Βαλίος* in nominibus fuisse videtur, quae de hominibus non usurpabantur, id quod non mirum, si significationem principalem recte intelleximus. Schmidtio fortasse assentiendum, qui in corrupto Hygini nomine ‚Volatos' coniicit

nostrum *Βαλίος*; de ‚Pachitos' idem iudicare videtur; perperam, opinor; sed alio loco id nomen contemplemur.

Sed haec hactenus. Redimus iam eo unde sumus profecti, ad Appollodori locum. Nomen *Βαλίος* sequuntur verba *πόδας ἀνετὸς ἠδ' ἀμάρυνθος*. Pro *ἀνετός* facile restituitur *αἰνετός*. Nomen, quod hic occurrit, *Ἀμάρυνθος*, Schmidtio denuo occasionem praebuit mutandi.

Sed neminem nobis vitio daturum puto, quod cum Bergkio nomen *Ἀμάρυνθος* hoc loco intactum relinquimus. Bergkius affert ex St. Byz. v. *Ἀμάρυνθος*: *νῆσος Εὐβοίας ἀπό τινος κυνηγοῦ τῆς Ἀρτέμιδος Ἀμαρύνθου*. Cf. Paus. I, 31, 5 *ἔστιν Ἀμάρυνθος ἐν Εὐβοίᾳ. καὶ γὰρ οἱ ταύτῃ τιμῶσιν Ἀμαρυσίαν Ἄρτεμιν. ἑορτὴν δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τῆς Ἀμαρυσίας ἄγουσιν. κ. τ. λ.* Sic saepius de hac re,*) ex qua nisi multa, attamen hoc apparet, nomen antiquum quodammodo pertinere ad fabulas de Dianae venationibus traditas. Nomina autem venatorum mythicorum, e. g. venationis Calydoniae, canibus adhibita fuisse aut saltem easdem formas exhibuisse iam supra dictum est. Causam mutandi igitur equidem non video; nomen laudatum hoc loco eodem iure potuit afferre vetus poeta atque nomen *Ἀμαρυγκεύς*. Pro ‚Omelimpus', quod nomen vitiosus Hygini catalogus b. habet, leviorem coniecturam secutus ‚Melampus' lego, non ‚Amaryncens'. —

Redeamus nunc ad locum nostrum. In sequentibus lego:

Πρῶτοι τὰρ μέλαν αἷμα πίον σφετέροιο ἄνακτος

cum Schmidtio pro librorum lectione: *πρῶτος γὰρ μέλαν ἀπὸ πίον σφετέροιο ἄνακτος*. Bergkius, opinor, paucis in hac re versantibus persuadebit, verba *μέλαν ἀπὸ πίον* nomen esse *Μέλαμπος*. — In proximo versu:

---

*) Strabo X, 448. Ptol. III, 15, 24. Ael. n. a. XII, 34. Cf. schol. Pind. Ol. 13, 159.

παρτός τ' ὦ Ἀργός τε βοῆς αἰψηροκέλευθος

complura nomina exstant. Primum eorum:

Σπαρτός coniecturae debemus Scaligeri et plurimi, quod ego sciam, acceperunt. Omitto istud quod Duentzerus excogitavit: *Παρδαλέων*. Schmidtius coniecit *Περκαστώ τ' Ἀργός τε*, quod in τ' ὦ quaerendum esse censet femininum in — *ώ*; haud inepte quidem allatum nomen, sed alienum a re nostra. Bergkius ex Arcad. p. 47, 18 correxit: *Σπαρτός τ' Ὁμαργός τε* [de hoc nomine cf. infra.] eoque magis nomen hic constare confirmat, quod Herodianus in hac re semper de locis quibusdam classicorum cogitat. Quae omnia quamvis verisimilia tamen cum animo reputanti mihi sine modo, ut ita dicam, ac modestia collata videntur. Sic Heynii quoque coniectura *Σπαρτός τ' Οὐραργός τε* mihi quidem parum habet probabilitatis. Sed primum de *Σπαρτός* agamus, quod nomen probo cum Scaligero, Heynio, Westermanno, aliis, utpote cui nihil aliud repugnare videtur nisi facultas in verbis mendosis *παρτὸς τ' ὤ* coniiciendi femininum in — *ώ*. *Σπαρτός* quidem alibi non inveni, sed vocamus in comparationem *Κύπριος* Ov. Hyg. a. *Λάκων* ibid. *Λάκαινα* Hyg. b. *Σύρος* ibid. Eiusmodi nomina a populis sive urbibus ducta iam apud Homerum haud raro hominum nomina sunt: *Ἀσαῖος*, *Θηβαῖος*, *Θυμβραῖος*; tum, maxime apud comicos, servos sic fuisse nominatos videmus. V. de hac re porro Hellad. in Phot. bibl. 532 b. 35 [Bek.]: [*Ἑλλαδίου*] *ὅτι οἱ κωμικοὶ τοὺς οἰκέτας τὸ μὲν πλέον ἀπὸ τοῦ γένους ἐκάλουν, οἷον Σύρον, Καρίωνα, Μίδαν, Γέταν καὶ τὰ ὅμοια.**) Jam si probamus *Σπαρτός* — et merito hoc fecisse mihi videor —, quid sequitur? Aut τ' ὦ Ἀργός nihil aliud

*) Cf. Strabo VII, p. 304. Jon, Ephesios. Varro de l. L. 8, 21, Thessala Plaut. Amph. Lydus Bacch Syra Merc. Lesbia, Mysis Ter. Andr. Phrygia, Syrus Heautont. Cf. Marquardt, Privatl. I, p. 166. A. 3. Fick. l. l. p. XXXI.

esse nisi τ' ὢν Ἄργος, aut inesse in verbis nomen cum ἀργός compositum. Hac via Heynius et Bergkius difficultates effugere conati nominibus Οὐραργός et Ὅμαργος longius aberrasse videntur; si omnino sic rectissime verba corrigi posse persuasum habebant — id quod liquido negare non audeo — imprimis mea quidem sententia rationem habere debebant nominum Θήραργος, Λήθαργος, Πόδαργος. —

Sequitur ultimum huius loci nomen: Βορῆς αἰψηροκέλευθος. v. Hes. Theog. 379:

ἀργέστην Ζέφυρον, Βορέην τ' αἰψηροκέλευθον. Etymon vocabuli latet Lobeckio, pathol. prol. 489. neque si accuratius intuemur, quid certi usque ad hoc tempus inventum est. Benselerus [s. v. Βορῆς] coniicit esse verbum ductum a φέρω [‚Raff.‘]; alii derivant a βορά i. e. cibus. De formis nominis Βορέᾱς vacillantibus cf. Lob. pathol. elem. I 252, II 82 [E. M. 436. 37. Eustath. 732. 13] Curtius, gr. Etym. p. 350. 594. 625 ss; is derivat a gar, γϝορ, ϝορ, βορ [ὄρος], ut significet nomen ‚Bergwind‘. Formae certe exstant hae: Βορέᾱς [Βορᾶς], Βορρᾶς, Βορέης, Βορῆς*), Βορεάς [femininum; cf. Curt. l. l. p. 625 ss] Ceterum Bergkio assentior, qui nomen Βορῆς hic constituere non cunctatus est. ‚Boreas‘ exhibet Hyginus quoque in catalogo b. neque dubium quin in usitatis fuerit canum nominibus. Deliberanti enim mihi et perscrutanti quibusnam aliis rebus animalibusque veteres adhibuerint propria nostra, praesertim ea, quae aut certis terminationibus ficta aut ex compluribus vocabulis composita sunt, nonnulla repperi quae non praetermittenda videntur. Credo ego, similem modum ac rationem veteres secutos esse in his nominibus dandis atque ii qui hodie canes vel equos sunt amantes. Hoc quorsum spectet brevi perspicuum fore spero. Plerumque enim eligunt

*) Bredovius, de dial. Herodotea III p. 219 s. apud Herodotum omnibus locis βορέης esse restituendum censet. —

nostris temporibus nomina deorum, heroum, regum antiquorum, ut habemus, Diana, Aphrodite*), Orpheus, Ariadne [sunt equorum nomina], Nimrod, Hector, Nero, Caesar, Tell etc. etc. aut, si nomina hominum praeferunt, rariora certe sunt et ex alio sermone magna ex parte assumta, e. g. Sally, Dinora, Holda, Bento, Minka, Ulla, Edgar, Susannis [cf. Pückler-Muskau l. l.], Lilli, Bobby, Brigitte, Jussuf, Fatinitza etc. etc. cf. Don, Mylord, Evelyn, L'Orme etc. Alia non desunt, quae proprie sunt gentium nomina: Türk, Pandur [canis pastorum Hungaricus], cf. Graeca *Κύπριος*, *Σύρος*, *Λάκων*, *Λάκαινα*; item a colore petita: ,Indigo, Scheck, Russ' etc; composita denique sunt Tireman, Bergmann, Waldmann, Dashwood i. e. ,Eilewald'. Addo: Banane, Leonte, Veritable, Retirement etc. etc.**) Ceterum quae demonstrandum constitueram iam sunt ad liquidum perducta: nominum nostrorum ea praecipue et libentissime eligi, in quibus inest peregrinum aliquid vel obsoletum, i. e. abnorme ut ita dicam et difficile, coniunctum cum notionibus immanitatis, roboris, celeritatis, pulchritudinis, qua dei heroesque insignes fuerunt. His expositis nomina Graeca huc spectantia observemus quamque notionem praecipue indicaverint scrutemur. Ac primum quidem occurrunt centaurorum nomina, immanitatem fortasse exprimentia:

Ἄγριος — etsi adiectivum est tamen merito fortasse hic quoque affertur; item: — *Ἄσβολος*; *Βριάρεως* — huius gigantis centimani nomen canis est apud Ptol.

---

*) sive Aphroditi(s), quod nomen hodierno quoque tempore in Graecia notum esse didici ex opusculo: „der Vorläufer" vom Fürsten von Pückler-Muskau, Stuttg. 1838 p. 61: ,Aphroditi, meine spartanische Hündin' [Spartana gente Ovid.].

**) Haec nomina non ex memoria collecta sunt. Usus sum indicibus fortuito inventis sed ad hoc maxime idoneis. Cf. Illustrirte Zeitung, Leipzig. 19. Mai 1883. —

Heph. III p. 186, 15 in Westerm. myth. [Phot. bibl. 148 a. 26 B.] . . . . *περὶ τοῦ Πτολεμαίου κυνός, καὶ ὡς συνεμάχει τῷ δεσπότῃ, καὶ ὡς μετὰ τελευτὴν ἀνασχισθεὶς τὴν καρδίαν εὑρέθη ἔχων τετριχωμένην· ἦν δὲ γένος Μολοττός, ὄνομα Βριάρεως;* de nominis etymologia ac significatione cf. quod expositum est sub nomine *Ὅμαργος* et Welcker. tril. Aeschyl. p. 148. — *Μελαγχαίτης, Μελανεύς* — in hoc magis fortasse de colore quam de centauro cogitandum. — *Ὑλαῖος;* aliorum portentorum nomina: *Ἀελλώ* harpyia, *Ἅρπυια, Γοργώ* [quadrupes Libyae monstrum Ath. V, 221], *Θηρώ* amazon, *Ἱπποκένταυρος* [idem fere quod *Κένταυρος;* cf. Luc. Zeuxis 3. 4. Plat. Phaedr. 229, d. Xen. Cyr. 4, 3, 17, saepius], *Κέρβερος, Λάδων,* draco qui mala Hesperidum custodire dicebatur, Apoll. Rhod. IV 1396 ss. [Merkel.]; *Ποδῆς* satyrus C. I. 4, 7460. *Ὠκυπέτη* harpyia. Multo maxima pars nominum hic laudatorum Ovidii et Hygini catalogis debetur.

Venio ad ea, quae facillime notionem pulchritudinis paulatim usurpare potuerunt. Nonnulla nomina video canibus cum hetaerarum nominibus vel potius cognominibus [cf. Lehrs. de Ar. st. H. 3 p. 284.] fuisse communia, ut *Ἀλκή, Γνώμη, Λαμπάς, Λέαινα, Λυκίσκα, Φίλη, Χρυσίς.* Non mirum, quod eiusdem stirpis nomina et meretricibus et canibus dabantur; veteres autem de meretricibus cogitasse non verisimile est neque quidquam in hac tota re constituere mihi est in animo, quod sine ulla dubitatione accipiendum videatur; plane coniecturis ducimur, quod ad has nominum translationes attinet; num ob eam rem eiusmodi observationes inutiles esse videntur? —

In *Οὐρανία* et *Ψυχή* haud scio an res ita sese habeat, ut supra demonstravi. —

Servorum nomina sunt *Ἀκτίς, Κύπριος, Λάκων, Λάκαινα, Λεύκων, Σάννος, Σύρος.*

Plurima porro canum nomina inveniuntur in ventorum, navium, fluviorum nominibus. Iam *Αὔρα* et *Λαῖλαψ* ipsa habemus apud Pollucem et Hyginum itemque ventorum nomina *Βορέας* et *Ζέφυρος*. *Κανάκη* est filia Aeoli Apd. 1, 7, 3. Hyg. fab. 238. 242 etc. Antiquissimis temporibus nomen *Βορέας* in symbolum celeritatis abiisse videtur; id docent ni fallor Tyrtaei verba [XII, 4. Bergk.[2] poet. lyr. gr. p. 323]:

> *οὐδ' εἰ Κυκλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίην τε,*
> *νικῴη δὲ θέων Θρηΐκιον Βορέην.*

Tum cum compluribus nominum nostrorum congruunt haec nomina navium, de quibus cf. Boeckh., Die Staatshaush. d. Athener. III. Urk. üb. d. Seew. d. Att. Staats p. 81 ss. *Αἰχμή* IV. b. 6. *Ἀκτίς* XIV c. 171. d. 47. 127. *Γνώμη* IV. b. 31. c. 24. XIV d. 9. *Ἥβα* IV g. 83. X b 141. XIV c. 208. XVI c. 122. *Λόγχη* V d. 1. *Ῥώμη* I a. 62. IV b. 10. *Αὔρα* IV d. 32. XI b. 14, 23. XVI b. 212. *Ἀργώ*, navis illa Jasonis, primum inventa *μ* 70. *Γοργώ*, navis Persei Palaeph. 32, 14. *Λαμπάς* IV b. 4. h. 31. X b. 158. *Λέαινα* IV b. 26.

Deinde sunt fluviorum nomina: *Αἵμων*, *Ἀρέθουσα*, *Λάδων* [Thetidis et Oceani filius Hes. Theog. 344], *Ὄβριμος*, *Γόργος*, *Κέλαδος* [?], *Νόης*, *Πόρπαξ*, *Ταῦρος*, *Τίγρις*. —

Quid igitur navibus fluviisque eodem modo nuncupatis atque canes cum his commune est? Certe celeritas agilitasque. Nominibus fluviorum non nominibus navium utebantur, quod fluvii maximam partem masculina, naves sine ulla exceptione feminina sunt. Sic hodie quoque. Iam supra dictum est, ultra modum his rebus adhibendum nos excedere videri, si contenderemus duas res vel duo animalia paribus nominibus appellari propter similitudinem inventam inter qualitates rei nominatae ac nominandae. Saepissime certe aliter factum est, nisi forte in portentorum nominibus ita semper, ut

supra confirmavi. Sed veteres re vera canem cum fluvio comparasse, id quod a nostra cogitatione alienum est, haud plane repudiandum videtur, praesertim cum elucere videatur ex appellativo *σκύλαξ*, quod nomen fluvii est e. g. Strabo. 12, 547, canis nomen apud Columellam. Sed ut expositorum quam brevissima fiat repetitio, habemus quod ponamus, veteres quoque habuisse nominum genera ex quibus singulis animalibus aut rebus certa aptaque eligere solebant; eligebantur secundum cogitationem hominum animis de re obversantem; quae exprimebatur aut meris appellativis, aut nominibus monstrorum et heroum, si de crudelitate, immanitate, robore cogitabant; ventorum, equorum, canum, fluviorum, si de celeritate et agilitate; feminarum, si de virtute pulchritudineque cogitabant. Sic coniicio fuisse in universum, de singulis casibus saepius nil certi esse constituendum haud ignoro; neque constitui. —

His rebus ad finem perductis nunc agamus:

De Actaeonis canibus qui apud Aeschylum exstant.

Sunt perpauca ob eamque rem fortasse antiquissima; quae servavit Pollux V, 47 hisce verbis: *τὰ μὲν δὴ Ἀκταίονος κυνῶν ὀνόματα, κατὰ τὴν Αἰσχύλου δόξαν, Κόραξ, Ἅρπυια, Χάρων, Λυκιτᾶς* [?]. Cf. Aeschyl. frgm. Schuetz. 354. G. Dindorf. 225. G. Hermann 258. Certa vestigia adesse vidimus rebus supra explanatis, poëtas epicos materie nostra iam inde antiquitus esse potitos; et quin tragoediarum scriptores in ea tractanda libentissime versati sint quis est qui dubitet? Aeschyli fragmenta nonnulla huc pertinent quae quo loco fuerint non satis compertum habemus. Cf. Hermann. frgm. 255—259.

Κόραξ [Hyg. b.], equorum nomen quoque sine dubio usitatissimum; Cf. e. g. C. J. 7374. 7379 etc. Paus. 6, 10, 7., item hominum, e. g. C. J. 2919. Appellativorum, quae sunt animalium nomina, satis magna copia nomina propria facta sunt, prorsus eodem modo atque nostris quoque temporibus. Exempla numerabilia ubique inveniuntur, e. g. Ἀκαλανθίς, Ἀλεκτρύων, Ἀλώπηξ, Βάτραχος, Δράκων, Κόττυφος, Κύκνος, Μέλισσα, Μόσχος, Μῦς, Ταῦρος etc. etc. Omnibus temporibus homines et animi et corporis qualitates quae quidem in conspectum cadunt comparasse videntur cum similibus, quae in ceteris rebus creatis, et animatis et inanimis, perspiciuntur. Quapropter hilaritatem agilitatemque videmus comparata cum piscium seu avium alacritate, animum obtusum cum lapide aut trunco, roborem et audaciam cum leonis audacia viribusque, nigritiem oculorum vel capillorum cum nigro corvi colore, quin etiam cum noctis tenebris, gracilitatem denique cum abiete gracili etc. Huc, nisi omnia me fallunt, eiusmodi nomina reducenda sunt. Germanicum illud ‚Fuchs, fuchsig' plerumque non aliter intellegimus ac de rubore dictum; nostrum ‚Κόραξ' veteres significabant idem quod nos ‚Rappe' [rabenschwarz]. Talia canum nomina, quae sunt aliorum animalium nomina appellativa in canes translata, quod significationem ampliorem seu coloris seu roboris seu alius cuiuslibet corporis qualitatis usurpaverunt, decem fere exstant. Sunt haec: Ἀκρίς [locústa], quod nonnullorum sententia proprie de voracitate locustarum dictum est, ‚voracissima', derivatum igitur a stirpe gar, gras [skt. grasàmi i. e. vorare], γράω esse, comedere [Call. frgm. 200.] cum α intensivo: ἀγρίς, ἀκρίς primum inventum vocabulum Φ 12. Cf. Curt. gr. Etym. p. 471. Aliter Doederl. gloss. 291: καρίζειν [‚girren']; quocum comparat κρίζειν ‚ein feines, auch wohl klägliches melancholisches Schreien'. Catulo sane aptissimum! Sed aequo modo Graecos cogi-

tare potuisse in nomine nostro de clamore atque de voracitate scimus. Inscriptio in urna cineraria quadrata est:

Δ Κ Ρ Ι Δ Ι
Κ Υ Ν Δ Ρ Ι Ω

i. e. *Ἀκρίδι κυναρίῳ*. —

Sed pergimus nomina supra commemorata enumerare:

Δράκων, *Λέαινα*, *Οἰνάς* i. e. vitis; tum fructus eius, uva; deinde genus columbarum haud dubie a colore uvarum maturescentium nominatum; genus denique corvorum fuisse testatur Hesychius. Cf. *οἰνιάς*, *οἰνιάξ* et *Ϝοινέες*, *κόρακες* apud Ahrens. de dial. Dor. p. 55. Jam videmus quorsum spectet nomen nostrum, quod quin sit a colore petitum in dubium non vocandum. — *Σκύλαξ*, *Ταῦρος*, *Τίγρις*. V. Cerva, Lupa, Tigris Colum. VII, 12, 13. — Falso pro nomine nostro Schuetz. l. c. et Lob. paral. p. 276 n. 2 legunt *Κόραξ*. — De *Ἅρπυια*, secundo huius loci nomine, iam dictum. Tertium est

Χάρων, quod praeterquam legitur C. J. 8139 inter canes venationis Calydoniae; canis nomen igitur non minus usitatum quam hominis fuisse videtur. De cuius etymologia cum *Χαρά* et *Χάροψ* nominum etymologia cognata cf. praef. Adiectivum quoque est *χάρων*, *ωνος*, ni fallor, pro *χαροπός*, epitheton leonis; sed censeo terminatione illa creberrima in propriis fingendis — *ων*, *ωνος*, fictum esse proprium a *χαρ* seu *χαρά* ut *Ἄλκων*, *Ἀμπέλων*, *Μάλων*, *Τίμων*, *Θήρων*, *Βίων*, *Βρόντων* etc. etc.; nos dicimus: ‚Glanzig', ‚Glanzmann'. Fick. l. l. p. XXIV. ss. Nominis quarti forma non constat. Bekkeri codices exhibent *λευκόντας*; legebatur *Λευκινᾶς* [*Λευκίνας* Schuetz.] sive *Λευκινάς* [Dindorf.], quod plurimi habere videntur. Keil. anall. l. c. coniicit *Λευκίππας* secutus Theocr. V, 147, quod omnium mihi minime probatur. Puto nomen hic laudatum aptissime reduci posse ad stirpem quam

habemus in *λύκος*, quae vox quod nusquam inter canum nomina est satis mirari non possum; nihilominus autem haud dubie canibus fuit adhibitum nomen [cf. Lupa Colum.] hominibus, fluviis, equis [Paus. VI, 3, 10.] saepissime datum. Eiusdem originis sunt *Λυκάς* Simonid. apud Poll. V, 47, *Λυκίσκος* Isid. orig. opp. 12, 2, *Λυκίσκα* Ovid. Hyg. a. et nomen hic fortasse restituendum:

<u>*Λ υ κ ι τ ᾶ ς*;</u> sed qui in propriorum formis aut vituperandis aut restituendis versabitur, videat ne rei studeat saepius quae ut exitum habeat valde timendum est. Nam totum fere indicium in eiusmodi quaestionibus positum est in forma — et quantopere vacillant propriorum formae quamque multum peccabatur in iis describendis! — aut in nominibus iisdem seu aliis animalibus et rebus alibi datis; magnum enim illud adiumentum aliarum quaestionum criticarum, significationem, saepissime penitus desideramus. Ceterum nomen *Λυκιτᾶς* non reiiciendum est. Hominis quoque est Ar. Danaid. frgm. XI 1051: an scribendum est *Λυκίδας*, hominum nomen usitatum? Verg. ecl. VII, 67 e. g. Lycidas est pastor; Hor. carm. I, 4, 19 puero tenero nomen est Lycidae. Insuper servi est Dem. XX 131—133, centauri Ov. Met. XII, 310*). Sed de hoc loco hactenus. — Quid tum? Accedamus iam necesse est ad nomina quae exstant in Hygini catalogo a. et apud Ovidium l. c. [Met. III, 206—233]. —

*) An fuit *Λυκτίας* a *Λύκτος*? V. St. Byz; *B* 647: „*Λύκτον Μίλητόν τε καὶ ἀργινόεντα Λύκαστον.*' cf. *Γόρδος*, *Γορδίας*; *Ἄναπος*, *Ἀναπίας*; *Ἰσμηνός*, *Ἰσμηνίας* etc. *Λύκτος* antiqua Cretae urbs erat, canes Cretici autem clari cf. Grat. Fal. v. 212. Oppian. Cyn. v. 373. Ael. n. a. III, 2. Ovid. Met. III, 208 ‚Gnosius Jchnobates'. 223 patre Dictaeo, saepius. —

De Hygini catalogo a et Ovidii Met. III. 206—233.

Nomina ibi inventa, ex catalogo Graeco sine dubio exscripta si comparamus cum catalogo Hygini fab. 181 priore, qui finitur verbis: ‚Item alii auctores tradunt haec nomina‘, facere non possumus quin concludamus aut ex eodem fonte hausisse auctores aut alterum alterius nomina descripsisse. Numerus nominum apud Ovidium est XXXVI, apud Hyginum XXXVIII, si recte nonnulla legi; nomina ipsa eadem praeter unum vel duo fortasse; ordo quo enumerantur idem fere usque ad duodecimum. Tamen equidem non crediderim nomina ex Ovidio in Hyginum esse translata, neque probo nonnulla apud Hyginum corrupta sine ulla dubitatione ex Ovidii loco corrigi. Verisimile est eiusdem fontis vel eorundem fontium Graecorum auctoritatem eos esse secutos; fabularum auctor eum penitus exscripsit; hoc indice qui utebantur et qui fabulas describebant sane integritatis parum sollicitos fuisse luce clarius; res fuit exiguae gravitatis! Inde menda oriebantur. Eodem autem fonte, opinor, Ovidius nisus est primumque scrupulosius fortasse ordinem servabat, tum alia versibus suis accommodare nomina non dubitabat; etiam plura eum novisse quam affert verba demonstrare videntur ‚quosque referre mora est‘. [225]. Auctor ille Graecus autem haec fere nomina memoriae tradiderat:

Μελάμπους, Ἰχνοβάτης, Παμφάγος, Δορκεύς, Ὀρείβασος, Νεβροφόνος, Λαῖλαψ, Θήρων, Πτερέλας, Ὑλαῖος, Νάπη, Λάδων, Ποιμενίς, Αὔρα, Λάκων, Ἅρπυια, Ἐχίων [?]*), *Δρόμας, Θόος, Καναχή, Κύπριος, Στίκτη, Λάβρος,*

*) *Ἀελλώ* plurimi pro librorum nomine ‚Elion‘ acceperunt; alii *Ἐχίων*, Echion, suspicantur; quae coniectura mihi probabilior videtur; nam nec in *Εχίων* nec in *Ἐχιόνη* [catal. b] equidem quid invenio quod improbetur. —

Ἀρκάς, Ἀγριόδους, Τίγρις, Ὑλάκτωρ, Ἀλκή, Ἅρπαλος, Λυκίσκη[α], Μελανεύς, Λάχνη, Λεύκων*), Κνώσιος, Μελαγχαίτης, Θηριδάμας, Ὀρεσίτροφος, Ἄγρη; quorum nominum omnium apud Ovidium non legimus haec: Αὔρα, Κνώσιος, Ἀρκάς. Ἄσβολος autem ex Ovidio addere possimus; ἄσβολος i. e. fuligo, ‚Russ', de colore nigro igitur nomen cani est adhibitum; item centauro.

Quid in universum iudicem et de numero horum vocabulorum et de forma, iam initio huius capitis uberius exposui; quin omnia fuerint nomina usu cotidiano frequentata ac constituta et quin in fabula iam antiquitus exstiterint vehementer dubito; composita Μελάμπους, Ἰχνοβάτης, Παμφάγος, Ὀρείβασος etc. praecipue suspicionem movent ne poetae ex ingenio suo seu ex memoria finxerint addiderintque quae apta videbantur. De singulis nonnulla commemoratione digna iam proferam. —

Λαῖλαψ est quoque Dianae canis, ‚quem nulla fera effugere posset' Hyg. fab. 189. Eodem modo atque Αὔρα [Buntio, in ed. Hyg. fabb. l. l., non assentior qui hoc nomen per errorem a librario additum esse censet, cum apud Ovidium non inveniatur]**) et Ἀελλώ dictum esse de celeritate apparet. Similia appellativa, quae continent notionem celeritatis et immutata forma sunt propria facta canum, habemus: Δρόμος, Σπουδή, Αἰχμή, Λόγχη. Αἰχμή et Λόγχη et Στύραξ Xenophontis [i. e. spiculum sive lancea] a celeritate esse petita puto, cognita cogna-

*) hoc nomen neque Bens. neque Keil. suscepit, nescio qua de causa. Post id libri exhibent: ‚Item tres, qui eum Gnosius consumpserunt. — foeminae Melanchoetes' etc. Gnosius, Κνώσιος reliquis nominibus iam enumeratis fortasse adscriptum est ac neglegentia, opinor, describentis inter verba ‚eum' et ‚consumpserunt' positum.

**) Equidem et hic et in sequentibus non tantum tribuo Ovidio, ut ex catalogo nomen usitatissimum eiiciam, Ἄσβολος assumam. Ceterum quid decertandum de re incertissima? —

tione quae notionibus est ‚scharf', ‚spitz' cum notione velocitatis in vocabulis *ἄκων*, *ἄκαινα*, *ἄκρος*, acer, acus, *ὠκύς*, ocior etc. Cf. Curt. gr. Etym. p. 130 s. Quae tota interpretatio propriis nostris haud scio an confirmetur. —

Πτερέλας a *πτερόν* ductum ut *Πτερέλαος* sive *Πτερέλεως*· *πτερόν* est signum velocitatis [Bens.: ‚mit einem Federbusch auf dem Haupte'?]

Ὑλαῖος i. e. Silvius, Silvanus, Waldmann, cf. *Ὑλεύς*. —

Νάπη i. e. *βῆσσα*, saltus, a quo *Νάπις*, *Ναπαῖος*, similia. Concreta substantiva, quae qualitatem hominis canisve nominandi non attingunt, sed fortuito neque ita, ut consilium cognosci possit, ex concretis in natura exstantibus eligebantur, a nostro sermone non aliena sunt; e. g. ‚Berg, Wald, Blum[e], Stein, Dorn, Kraut' non rara sunt. In *Πόρπαξ* Xenophontis offendimus. *πόρπαξ* [*πόρπη* i. e. acus; forfex] est ansa qua scutum tenetur, anulus igitur aeneus. Sin autem fuit ‚forfex' sive aliud instrumentum praeacutum, paene adducimur ut comparemus cum *λόγχη*, *αἰχμή*, *στύραξ* modo commemoratis, nisi forte de animalis figura usurpabatur.*)

Ποιμενίς vulgari femininorum forma in — *ίς* fictum, inter quae habemus e. g. *Ἀμαζονίς*, *Ἀμπελίς*, *Παρθενίς*, *Σκυλακίς*, *Σωτηρίς* etc. Post hoc nomen libri exhibent ‚Therodanapis', quod ex praecedentibus Theron et Nape ortum et re vera est ‚monstrum lectionis'. Similem in modum additum est post ‚Ichnobates': ‚Echnobas,' quod delemus. —

Δρόμας, ‚Trabert' [Bens.]; *Δρομάς* oxytonon est proprie in numero adiectivorum illorum in — *άς* raro inventorum: *δρομάς*, *νομάς*, *μιγάς*, *λογάς*, *φυγάς*. Ne-

*) An fuit *Πόρταξ*? *πόρταξ* [*πόρτις*] vitula P 4; nomen simillimum esset illi: *Σκύλαξ*. — Cf. *Κάρπος*.

cessitatem adesse censendi veteres in hoc nomine cogitasse de adiectivo negamus; potest facillime derivari a *δρόμος*, ut *Ἰχθύας* ab *ἰχθύς*, *Βοτρύας* a *βότρυς*, *Ἄλκας* ab *ἀλκή*, *Ἀρέτας* ab *ἀρετή* etc., ut sit paroxytonon: *Δρόμας*. Sed hoc non commemoro eo consilio, ut aliquid de ea re constituam; imo denuo admonere volebam quantopere hisce in rebus diiudicandis cavere debeamus ne in errores magnos incidamus. Paene in eo est, ut *Δρόμας* a *δρόμος* ductum nomen proprium praeferam. Ceterum inter nomina nostra nonnulla exstant quae sunt proprie adiectiva celeritatem indicantia, ut *Πόδαργος*, *Εὔδρομος*, *Ὠκύδρομος*, *Ὠκυδρόμη*, *Εὔοδος*, *Θόος*, *Ὠκύθοος*, *Λάβρος**). —

Nomina eiusdem stirpis cum *Δρόμας* inter canum nomina saepissime certe inveniebantur. Sic habemus *Δρόμιος* Hyg. b — quod hoc loco retinere non dubito, Buntio coniiciente *Δρομεύς* vel *Δρομάς* —, *Δρόμος* Orelli inscr. lat. 4730. et supra commemorata. Cf. quoque *Δρόμων* servi nomen apud Hellad. in Phot. bibl. 532, b, 35 s. Bekker.: *ἐκάλουν δὲ καὶ [τοὺς οἰκέτας] τὰ ἐξ ἐπιθέτων, ὡς ἀπὸ τοῦ χρώματος μὲν Πυῤῥίαν καὶ Ξανθίαν, ἀπὸ τοῦ τρόπου δὲ Παρμένωνα καὶ Πιστὸν καὶ Δρόμωνα*. Servorum nomina nostris fuisse similia iam supra contendimus.

<u>*Καναχή*</u> sive *Κανάκη*. Codd. et canace et canache [F] exhibent, quae forma Keilio praestare videtur. Substantivum est *καναχή* a *κανάζω* de sonitu quolibet usurpatum; sic *Τ* 365 de dentium crepitu; cf. Hes. sc. 164 [armorum ibid. 160]; *ζ* 82 *καναχὴ δ' ἦν ἡμιόνοιιν*: *καναχαὶ αὐλῶν* Pind. Py. 10, 60. Itaque nomen nostrum nihil aliud fortasse significat nisi latratum, ,Gekläff'. Eodem spectat *Κραυγή*. Cf. *Ὕλαξ*. *Ὑλάκτωρ*.

*) Saepius est de voracitate, sed cf. B. 148 *ζέφυρος λάβρος*· *ο* 293 *οὖρος λάβρος* etc. Herodot. VIII, 12 *ὄμβρος λάβρος* *Π* 385 *λαβρότατον ὕδωρ* item de aqua pluviali; de vi turbulenta dicitur. —

Ἀρκάς; hoc nomen hic recipere non dubito maloque arbitrari Ovidium qualibet causa adductum propria mutasse in adiectiva [Gnosius Ichnobates l. c. 208; Arcades omnes 210] quam nomina Hygini *Ἀρκάς* et *Κρώσιος* reiicere eodem iure certe canibus adhibita atque *Λάκων* et *Κύπριος*, quae apud Ovidium quoque non desunt [l. c. v. 219. 220]. De canibus Arcadicis cf. Poll. on. V, 37. Oppian. Cyn. 372. 395.

Ὑλάκτωρ ut *Ὕλαξ*, ‚acutae vocis' Ovid., sunt propria ab *ὑλᾶν*, *ὑλακτεῖν*, latrare derivata, ‚Kläffer', aptissima sane canum nomina. Sic habemus latine ‚latrator' i. e. canis [Martial.] et ‚latrans' i. e. canis [Ovid.]. — ‚Hylaci' legendum esse puto in inscriptione illa sepulcrali apud Orell. inscr. lat. 4730.:

D R O M O E T H Y L A C
C A N I B. V E N A T I C I S
B O N I.

Nomina canum hic sunt *Δρόμος* iam supra commemoratum et *Ὕλαξ*. Quo iure cum nonnullis *Ὑλάκτωρ* praeferamus penitus ignoro. V. Verg. ecl. VIII, 107: ‚et Hylax in limine latrat', sc. amatore appropinquante. Scriptum fuit HYLACI.

Ἀλκή creberrimum fuit canis nomen, proprium insuper hominibus crebro adhibitum, sic saepius meretricibus. Comparanda cum eo sunt nomina canum *Βία* et *Ῥώμη* a Xenophonte allata, item *Ἄλκιμος* apud Ael. n. a. XI, 13.

Λυκίσκα[η], praeter Ovidium Hyginumque habet nomen Vergilius in ecl. III, 18:

‚Quid domini faciant, audent cum talia fures!
Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
Excipere insidiis, multum latrante Lycisca.'

Quod Vossius hic commemorat, veteres grammaticos Lyciscam intellexisse canem, quam lupus canisque genuissent, quales in Gallia crebras fuisse ex Plin. VIII,

61 constat, hic nullius momenti est. *Λυκίσκα* est femininum nominis *Λυκίσκος* quod item canis est Isid. orig. cpp. 12, 2., eodam terminatione fictum atque *Κυνίσκα* Theocr. 14, 8; Pardalisca Plaut. Cas. 3, 5, 9; Olympiscus ibid. 3, 6, 13; *Ἀρνίσκος*, *Νεβρίσκος*, *Βοΐσκος*, *Ταυρίσκος* etc. etc., maximam partem a bestiarum nominibus derivata hominum nomina.

Pro *Λάχνη*, lana, quod nomen cum Buntio et M. Schmidtio libenter probavi, Keilius l. l. *Λαχνώ* coniicit; coniectura hic non opus est. —

Ἄγρη i. e. *ἄγρα*, ‚Fang' [Buttm. lexil. I, 131.] ut *Φρουρά* proprium factum est ex ea re, ad quam exercendam utuntur canibus. Diutius in his nominibus commorari nolumus, sed pergimus iam ad ea enumeranda, quae in altero Hygini catalogo [b] memoriae tradita sunt, numerabiliora quidem — sunt XLVI — sed corruptiora quam illa, de quibus modo verba feci; ex ‚aliis auctoribus' collecta sunt, i. e. ex compluribus, additamentis variis non bene aucta.

Canes Actaeonis qui exstant altero Hygini catalogo.

Si librorum ordinem sequimur, haec fere fuerunt in fontibus Graecis:

Ἀκάμας, *Σύρος*, *Ἀΐων*.

Ἀΐων, latine Aeon, ‚Spitzohr' Bens., ductum est proprium ab *ἀΐω*, i. e. animum attendere; eiusmodi formas haud raras inter nomina nostra vidimus illo loco ubi de colorem indicantibus egimus, e. g. *Αἴθων*, *Λάμπων*, quorum numerum facile augere possumus. Simillimum nomini hic laudato est *Μεθέπων* C. J. 8185 a. i. e. investigator; cf. sequens nomen; —

Στίλβων; *Ἄγριος*.

Ἄγριος ‚Wildt‘, quocum compositum est *Ἀγριόδους* ‚Wildzahn‘ supra commemoratum. —

Χάροψ, brevior fortasse forma pro *Χάροπος*, *χαροπός*, quod proprium est iam *B* 672. Cf. Xen. Cyn. III, 2, ubi de vitiis formae habitusque canum sermo fit; canes ibi sunt ‚*μικραί*, *γρυπαί*, *χαροποί*, *μυωποί*, *αἰσχραί*, *σκληραί*‘ etc. —

Αἴθων, *Κόραξ* [libri: Coran], *Βορέας*, *Δράκων*, *Εὔδρομος*, *Δρόμιος*, *Ζέφυρος*, *Λάμπος*; propria a stirpe *λαμπ* ducta libenter canibus fuisse adhibita demonstrant nomina *Λαμπάς* Ael. n. a. XI, 13. *Λάμπουρος* Theocr. id. 8, 65. *Λάμπων* Antp. Sid. 64.

Αἵμων, *Κυλλοπόδης*. *Κυλλοπόδης*: ‚Krummfuss‘ Bens. Sic corrigendum puto Hygini ‚Cyllopotes‘ cum Bunt. et Schm. *Κυλλοπόδης* i. e. *Κυλλοποδίων*, Vulcani illud apud Homerum cognomen. Ceterum simillimum huic *Κυλλώ* infra ab Hygino allatum videmus, in quo nomine equidem nihil inepti animadverto. Munckerus Hyginum scripisse putat ‚Aëllo‘, ‚nisi ex Graeco *κυλλός* finxit hoc vocabulum‘. Et finxit, opinor. —

Ἁρπάλυκος, *Μάχιμος*, *Ἰχνεύς* [*Ἰχναῖος* Buntius; non opus est coniectura.], *Μελάμπους* [omnes pro nomine ‚Omelimpus‘ perperam tradito scripserunt.], *Ὠκίδρομος*, *Βόραξ*.

Βόραξ: ‚Boras‘ Schefferus; ‚Borus‘ i. e. *Βόρος*, vorax, edax, Muncker., ‚nisi a *βορός* formatum sit *βόραξ*, ut a *λάβρος*, *λάβραξ* lupus piscis‘. Tum formam *Βόραξ* hic Bergkius constituit Ztschr. f. d. Altertumsw. VIII 1850 p. 404, qui in opere illo figulino quoque quod vulgo nominatur ‚Françoisvase‘ *Βόραξ* legit, de qua re infra sermo fiet. Equidem ei assentior nomenque laudatum a *βορ*, *βορός* derivatum, ‚Vielfrass‘, ut aptissimum canis nomen et forma et significatione sine ulla dubitatione accipiendum puto. —

Ὠκύθοος, <u>*Πάχυλος*</u>; est *Πάχυλος* coniectura Munckeri pro corrupto librorum proprio ‚Pachitos'; Buntio probanda videtur mihique rem diligentius percensenti optima. *Πάχυλος* enim est *παχυλός*, deminutivum quodammodo ex *παχύς* fictum ut *ἡδύλος* et *ἡδύς* [*Ἡδύλος* proprium e. g. Meleagr. I, 45; Dem. 40. 23. cf. *Ἡδύλη*, *Ἡδύλιον*]; *δαυλός* [*Δαῦλος* hominis nomen Arcad. 53, 7] i. e. *δασυλός* ex *δασύς*, cf. Curt. gr. Etym. p. 232; *μικκύλος* [*Μίκυλ(λ)ος* proprium] ex *μικκός**), cf. lat. micula. *Πάχυλος* igitur est nostrum ‚Dickchen'. Haec omnia mihi quidem affatim habent probabilitatis; sed nolim praetermittere aliud vocabulum quod memini ex Homero; puto enim aliis etiam magis fortasse probari posse utpote quod lectioni librorum magis appropinquat. *πάχετος* illud dico, apud Homerum duobus locis inventum atque de crassitudine dictum, de quo pluribus disseruerunt Lobeck. pathol. p. 373. Doederl. gloss. p. 35., cuius sententia est substantivum pro *πάχος*, *παχύτης* [hominis nomen inscr. 3, 4985. 5023]**). *Πάχετος* quin proprium esse possit et canis nomen non dubium est, sed *Πάχυλος* praeferam. —

Ὄβριμος, *Ἀργώ*, <u>*Ἀρέθουσα*</u> [nisi fuit *Ἀρέτουσα* ex *Ἀρέτων*]; cogitatum fortasse de fonte illo illustri qui fuit incredibili magnitudine, plenissimus piscium [Cic. Verr. II, IV, 53 cf. Strabo VI, 4. Theocr. I, 117.] —

Οὐρανία, *Θηριόπη*, *Δεινομάχη*, *Διωξίππη*, *Ἐχιόνη*†),

---

*) cf. Ar. Ach. 875. Ann. Ox. I, 325, 24. Ahrens, diall. I, 717. Theocr. id. 8, 64. —

**) Doederl. gloss. 45: „das Subst. *πάχετος* aber scheint seinem coordinierten Begriff *μέγεθος* nachgebildet, bloss nach dem Rat des Ohrs ohne Rücksicht auf Bildungsgesetze auf *μέγεθος* gereimt etc.“ Cf. Nitzsch. ad Od. *θ* 187 [*ν* 191]. — Fortasse de nominibus nostris in — *αξ*: *Στύραξ*, *Πόρπαξ* similem iudicandum in modum! Cf. *Κόραξ*. —

†) hoc nomen corruptum esse videtur Buntio; qua de causa haud intellego. Cf. ‚*Ἐχίων*' supra allatum. —

*Γοργώ, Κυλλώ, Ἅρπυια, Λυγκήστη, Λέαινα, Λάκαινα**), *Ὠκυπέτη* [pro ‚Ocypote'. Keil.: Ocypode. Bunt. et Schm.: Ocypete, rectius elegantiusque fortasse.], *Ὠκυδρόμη, Ὀξυρόη, Ὀρειάς,* <u>*Σ ά ν ν ο ς,*</u> *Θηριφόνη.* —

Σάννος, pro ‚Sagnos' Hygino esse reddendum ex Ael. n. a. XI, 13 ut levissima coniectura restitutum et canis nomen aptissimum luce clarius videtur esse. *Σάννος* fictum est proprium ex *σαίνω* i. e. caudam motare, iactare, tum adulari; eodem pertinet *σαννίον* i. e. *οὐρά*, *σάννας* [cf. lat. sanna, sannio], propria *Σάννιος, Σαννίων* [hoc est eadem de causa servi nomen]; eodem modo *Σάννος* usurpatur de canibus, ‚Leckert' Bens.; male coniectum esse video: Agnos, Agrios, Lachnos. —

Corruptissima nunc sequuntur: ‚Volatos', ‚Chediaetros'; pro ‚Volatos' coniecimus *Βαλίος*, nomen hic non liquido repudiandum; verbo autem insequenti quid faciam penitus ignoro. An male conflatum est ex *Σχεδία* et *Αἴθρος* sive *Αἴθρα*? — — —

Haec sunt nomina alterius catalogi Hygini. Videmus ea esse longe alia atque catalogo primo tradita. — Unum est quod sine ulla dubitatione in utroque catalogo legi potest, *Ἅρπυια*; si coniecturas sequimur, *Μελάμπος* et *Νάπη* fortasse consentiunt cum nominibus catalogi a; inter XXXVIII nomina primi indicis habemus novem propria composita, ut *Μελαγχαίτης, Θηριδάμας* etc., reliquorum partim sunt appellativa [XIII], partim terminationibus in propriis fingendis usitatis ficta sive de terra aliqua.

Inter XLVI nomina autem quae altero catalogo continentur sunt composita XIII, appellativa IV, etc. Quid sequitur? Mihi quidem, qui persuasum habeam

*) libri: ‚Lacena' Cf. *Ἀρκάς, Κνώσιος, Λάκων* in cat. a et Xen. Cyn. X, 1: *πρὸς δὲ τὸν ἐν τὸν ἄγριον κεκτῆσθαι κύνας Ἰνδικάς, Κρητικάς, Λοκρίδας, Λακαίνας κ. τ. λ.*

simplicissimas quasque nominum nostrorum formas fuisse creberrimas usuque cotidiano constitutas, iam liquet, versatum me esse in nominibus quae gravioribus, ut ita dicam, formis abnormi quodam modo auribus Graecis sonabant fabulatorumque cogitationi ac sensui magis respondebant, quam simplicia vulgariaque. Quo sensu non pauca certe fingebantur ab iis qui numero horum nominum complendo studebant. Similem in modum nomina canum venationis Calydoniae orta sunt. — — —

De canibus venationis Calydoniae.

Adeuntes ad imagines imagunculasque numerabiles in vasis antiquis inventas animadvertebamus quantopere veteres delectarentur rebus ad venationem spectantibus. Aut iuvenes venabulis armatos conspicimus canibus comitatos ad venandum proficiscentes sive bestias aggredientes, aut canes solos plerumque lepores insequentes. Venationem autem Calydoniam maximis optimisque picturis repraesentatam videmus, quarum sex enumeratae sunt in compte-rendu St. Pétersb. 1867. [texte] p. 76. Nos earum duarum modo habeamus rationem necesse est, in quibus nomina inveniuntur. Cf. C. J. 8139 et 8185 a. --

Patera in cuius una parte conspicitur Theseus Minotaurum tollens, in altera venatio Calydonia, exhibet haec fere nomina [cf. Gerhard, Auserles. Vasenb. III Taf. 235. 236; monumenti ined. publ. dall' instit. di corrisp. arch. vol. IV tab. LIX.]:

ΛΟΡΛΟ, XΛΙΡΟΝ, LEVKIOϚ, ϚΞΛΟΊ, ΟϘΞΘ,
ϚΟΤϘΑΔΟΊ

Primum igitur est *Γόργος* i. e. *γοργός*, horribile visu, ferox, alacer; cf. nomina *Ἄγριος*, *Μάχιμος*, *Στερρός*,

Αἴθαργος, *Παμφάγος*; hominum quoque nomen sescenties invenitur fluminisque est Ptol. 6, 1, 7. Nil disputandum quoque de nomine insequenti Χάρων iam supra tractato. Item constat Λεύκιος; in hoc cane, tanquam si pictor significationis principalis huius nominis memor fuisset, macula alba conspicitur; reliquae figurae sunt nigro colore. Sequens nomen est Ποδῆς, non *Ποθῆς*, ut falso scripsit Braunius. Cf. bullet. d. inst. arch. 1849 p. 160 C. J. 8139. Cum *Ποδέας*, *Ποδῆς* penitus congruit *Βορέας*, *Βορῆς* Hyg. b. Ceterum hominum nomen haud inauditum est. Cf. Bens. sub ‚*Ποδῆς*'. Θηρώ, quod non alienum nostris nominibus videtur, libenter accipimus; item sequens: Πόδαργος; est inter Daphnidis canes apud Ael. n. a. XI, 13. laudatos. Difficultatem autem nonnulla illorum nominum afferunt, quae exhibet vas illud ornatissimum clarissimumque, amphora ab Alexandro François in sepulcro Clusino reperta, quae est in museo Florentino. Cf. C. J. 8185 a. Picturas ipsas praebent e. g. Gerhard, Archaeol Ztg. VIII 1850 no 23. 24. Taf. XXIII. XXIV D. Monum. ined. publ. etc. 1844 vol. IV tab. LIV. Cf. porro compterendu 1867 p. 61; artifices sunt Ergotimus et Clitias; aper Ancaeum venatorem et canem cui nomen est *Ὄρμενος* prostravit; nonnulla mirum in modum hic et illic consentiunt, e. g. quod in utraque pictura canis conspicitur, qui aggrediens stat in apri tergo. Tertium vas afferre possumus in quo idem repraesentatur, vas Xenophanti [‚Vasen der kaiserl. Ermitage zu Petersburg'], quod invenitur in compte-rendu pour l'année 1866 planche IV [p. 139 ss.]; nomina non sunt tradita. Sed de hac repraesentationum consentione hic disserere iam nec loci est nec temporis. Nomina canum in amphora Ergotimi et Clitiae longe alia sunt atque in supra tractata. Exscribo ex monum. ined. l. l.:

ΛΑΒΡΟϟ, ΜΕΘΕΠΟΝ, ΟΡΜΕΝΟϟ, ϟΨΦϞΑΜ, ΡΟΡΑ+ϟ, ΕΛΕΡΤΕϟ, ΕΒϹΛΟϟ.

Primum est *Λ ά β ρ ο ς* i. e. *λάβρος*, vehemens aut velocitate [cf. *λαβροπόδης*] aut veracitate. ,Tolle' Bens: id iam habebamus apud Ovidium et Hyg. a.; secundum legimus *Μ ε θ έ π ω ν*; sequitur *Ὄ ρ μ ε ν ο ς* i. e. *ὄρμενος*, hominis nomen iam *Θ* 274, *Μ* 187 etc., certe ab agilitate et animi et corporis petitum ideoque aptissimum quod cani detur nomen. Deinde advertimus corruptum mutilatumque nomen, vario modo correctum. Braunius Annal. XX, 346 ss: *Μάρψας*; C. J.: *Μαρψίας*: *ΜΑΡΦϟΙΑϟ*. E. Gerhard, archaeol. Ztg. VIII p. 266 not. *Μάρπτας*. Equidem puto scriptum fuisse *Μαρφσίας* i. e. *Μαρψίας*, proprium ductum a *μάρπτω*, rapio, germanice, ,Packan'. Cf. Curt. gr. Etym. p. 456; hominis est apud Aristophanem; similiter utebantur nominibus *Ἅρπαλος*, *Ἅρπυια*. Tum inscriptio praestare videtur *Βόραχς* i. e. *Β ό ρ α ξ*, quod exstat in Hyg. catal. b. Braunius annal. XX, 347 legit *Ρώραξ*, quam vocem neque propter formam neque propter significationem fortasse reiiceremus, sicubi canis nomen inveniretur. Cf. Hesych. *ῥωρός· σφοδρὸς καὶ τὰ κάρτα.* Hoc loco *Βόραξ* praeferendum puto cum Gerhard. archaeol. Ztg. l. c.: Bergkio Ztschr. f. d. Alt. VIII p. 404, aliis. Sequens nomen *Fαερτες* obscurum est; proposita sunt, quod ego sciam: *Λαέρτης*, *Ἀγέρτης*, *Ἀέρτης*; *ΕΛΕΡΤΕϟ* legitur compte-rendu 1867, p. 61; quae omnia mihi quidem non probantur. Etiam *Λαέρτης* enim modo ac rationi reliquorum omnium nostrorum nominum canibus adhibitorum sese non accommodat. Et quam facile insuper est in omnibus fere quae initio huius opusculi componenda curabamus quaerenti quamobrem canum nomina electa sive facta sint ex aliis, invenire causas haud exiguam probabilitatis speciem praebentes! In *Λαέρτης* sane

non invenio [*Λαός — εἴρειν* cf. E. M. 209, 29], in ceteris hic propositis etiam minus. Puto legendum esse *Ἐγέρτης**); ductum nomen ab *ἔγερ, ἐγείρω*, ut sit *Ἐγέρτης* canis, qui ex somno excitat, vigil, idem ac *Φύλαξ, Φρουρά.* Ultimum huius loci nomen constituimus: *Εὔοδος*, simillimum illis: *Εὔδρομος, Θόος, Ὠκύδρομος* etc. Coniecere: *Ἔβολος, Ἔφοδος, Ἔβορος.* —

Hi igitur sunt canes, quos aprum Calydonium esse aggressos inscriptionibus picturisque docemur. Sed quid? Scriptores qui vel singula canum clarorum nomina colligenda curabant, de his non solliciti fuerunt? Nusquam certe equidem inveni neque modo commemorata neque alia nomina huc pertinentia in veterum scriptis, nisi unum apud Pollucem V, 45: *ἔνδοξος δὲ καὶ ἡ Ἀταλάντης κύων, Αὔρα τοὔνομα, ἣν ὁ Καλυδώνιος σῦς ἀπέκτεινεν ἀφ᾽ ἧς τὸ κυνὸς σῆμα ἐν Καλυδῶνι.* *Αὔρα* iam habebamus apud Hyg. a. In vasis nostris autem nomen non exstat; vas Ergotimi et Clitiae *Ὅρμενον* ab apro prostratum habet.

De canibus venationis Calydoniae quid in universum statuendum? Tantum afuisse arbitror, ut pictores canum nomina memoria tenerent in tradendisque fabulam — si qua nomina exhibebat — sequerentur, ut contra saepissime nomen aut fabulosum pulchrumque sonans aut usu frequentatum inscriberent. Imo in venatorum nominibus idem accidisse nostra inscriptione posteriore demonstratur. Cf. compte-rendu 1867 p. 61.

Nonnulla horum aut clarissima aut alia, quae paulatim claritatem nacti erant, e memoria non elabebantur, iterum iterumque una cum fabulis tradebantur. Nova his simillima data occasione adiiciebantur. —

Pergimus iam agere de nominibus in fabulis servatis.

*) Cf. hominum nomina *Ἐγέρτιος, Ἐγείροχα, Ἐγερμος.* Similia sunt postea ficta: *Γοργόρμος, Γοργορᾶς.* Fick. l. l. p. 168.

De canibus Daphnidis.

Apud. Ael. n. a. XI, 13. legimus:

Δάφνιδος τοῦ βουκόλου τοῦ Συρακουσίου παθόντος ὑπὸ τῆς νύμφης ταῦτα δήπου τὰ ὑμνούμενα, πέντε τροφίμους κύνας, τὸν Σάννον καὶ τὸν Πόδαργον καὶ τὴν Λαμπάδα καὶ τὸν Ἄλκιμον καὶ τὸν Θέοντα θεασαμένους τοῦ δεσπότου τὰς πάθας, ἐπ' αὐτῷ θάνατον ἑλέσθαι φασί, καὶ πολλὰ μὲν ἰδίρεσθαι πρότερον, κλαῦσαι δὲ πάμπολλα. —

Λαμπάς i. e. fax, lampas; colorem candidum, aut rubrum aut album fortasse indicat, sed de hac re certa statuere nolim, praesertim cum meminerim usus proprii nostri ‚Leuchter', equis haud raro adhibiti. *Λαμπάς* et navibus et meretricibus adhibitum fuisse iam saepius dictum. Θέων denique, gen. *Θέοντος*, merum participium est; hic sane gaudemus genitivo, qui est argumento et quae forma et quae significatio sit proprii, i. e. quo consilio eligebatur. Hi quinque canes ex Stesichori fortasse carmine exscribebantur; id suspicatur van Lennep. in commen. tertiae classis instituti Belg. vol. II p. 159 ss., qui historiam de Daphnide traditam uberius tractavit. —

Nunc accedimus tandem aliquando ad nomina loco illo Xenophontis iam identidem laudato enumerata.

De canum nominibus Xenophonteis.

Xen. Cyn. VII, 5: *Τὰ δὲ ὀνόματα αὐταῖς* [*ταῖς κυσίν*] *τίθεσθαι βραχέα, ἵνα εὐανάκλητα ᾖ. Εἶναι δὲ χρὴ τοιάδε· κ. τ. λ.* Ex his verbis elucet, de nominibus Xenophontis XLVII non aliter esse iudicandum nisi hoc modo: Xenophon proponit nomina et usu cotidiano et

forma et sonitu apta quae canibus adhibeantur, sive hausit ex memoria sua crebra, sive ipse nonnulla finxit ad hoc utilia. Quae omnia hic refero, sed eam secutus rationem, quam cum in omnibus propriis dispertiendis tum in canum nominibus adhuc respeximus.

I. Participia propria facta. *Βρέμων*, *Θάλλων*, *Καίνων*, *Λεύσ[σ]ων*, *Σθένων*, *Σπέρχων*, *Τεύχων*, *Φλέγων*. Nomina propria in — *ων* re vera saepissime esse participia ex femininis sequitur, quae non minus crebro occurrunt, e. g. *Βρέμουσα*, *Θάλλουσα*; *Αἴθουσα*, *Στίλβουσα*; *Ἐλπίζουσα*, *Συμφέρουσα*. Haec nomina a Latinis quoque praecipue de mulieribus esse usurpata docet Jahn. spec. epigr. p. 53 in nota ad nomen ‚Thallusa' exemplisque a Boissonadio collectis addit ‚Paezusa'. Inter rariora numerat Bremusa [*Βρέμουσα* amazon.] Cf. inscriptionem ibi allatam: TILLIAE BREMVSAE. *Βρέμων* autem exhibetur in Jahnii spec. epigr. p. 132: ‚BREMONTI.'

Βρέμων i. e. fremens; *βρέμειν* fremere, ‚rauschen'; tum fremit equus, lupus; de quolibet igitur ululato vel clamore et a bestiis edito; *Βρέμων* de murmure sive gannitu canis saevi usurpatum nomen. *Θάλλων*, ‚Quix' Bens., nomen pertinet ad validum vegetumque corpus. Eodem spectat *Σθένων*, robustus*). *Καίνων* derivandum puto a *καίνω*, *κτείνω*; de *καινός* [‚Neu' Bens.] cogitare mihi quidem non probabile visum est. Cum *Σπέρχων* a *σπέρχω* derivato comparamus *Σπέρχις*, *Σπερχύλος*, *Σπερχειός*, item festinationem et alacritatem indicantia. Restat ut de *Τεύχων* pauca dicam. Quod si est participium a *τεύχω* ductum i. e. hervorbringen, schaffen, quam habeat significationem paene ignoro. An est de fertilitate canum dictum? De cognatione enim stirpium *τεχ* et *τυχ* cf. e. g. *Τύχων*, Priapi cognomen

*) Eodem spectant quoque *Σθένης*, *Σθένελος*, *Σθένιος* Neptuni equus schol. Λ 23; de quo plura apud Lehrs de Ar. etc. [3] p. 268 n. 181.

Diod. Sic. 4, 6, i. e. *Τεύχων*, ‚der Hervorbringende‘. — His nominibus quae sunt participia aut certe esse possunt addo quatuor

II. propria in — *ων* ficta: *Ξίφων*, *Πόρθων*, *Στίβων*, *Στίχων*. —

Ξίφων [*ξίφος*] sub analogiam cadit illorum propriorum numerabilium a substantivis derivatorum, quae plus minusve significationem vocabuli principalis retinebant. Itaque cf. *Αἰχμή*, *Λόγχη*, *Στύραξ*; non miraremur, si esset nomen *Ξίφος*. [libri: *Ξίφον*, quod iam Castal. correxit.] *Πόρθων* reducimus ad *περθ*-, *πέρθω*, *πορθέω*, i. e. vastare. [vastator ferarum i. e. venator Verg.] *Α*, 125 *Ἀλλὰ τὰ μὲν πολίων ἐξ ἐπράθομεν*. Doederl. gloss. 624. *Πόρθων* ‚Wüstemann‘ [‚Wüste‘ Bens.] a feritate igitur crudelitateque petitum est. Cf. *πόρθησις· ἐρήμωσις, καθαίρεσις, ἁρπαγή* Hesych. Supersunt duo et forma et significatione simillima *Στίβων* et *Στίχων* a *στιβ* — et *στιχ* —. A *στιβ* ducitur *στείβω* i. e. ‚stampfen‘, ‚treten‘, ut a *στιχ στείχω; λιχ, λείχω* etc., tum *στιβέω*, *στιβεύω* i. e. in vestigiis alic. incedere, investigare, ferarum cubilia explorare. *στίβος· καὶ ἡ ἴχνους ζήτησις* Hesych. Hoc censu, opinor, *Στίβων* est canis nomen; sic habebamus *Ἰχνοβάτης*, *Μεθέπων*. — *Στίχων* i. e. ‚Steiger‘, [*στιχέειν, στείχειν* cf. Doederl. gl. 2049.] ab eundo sive currendo petitum ut *Εὔδρομος*, *Εὔοδος*.

III. Mera propria sunt porro: *Ἀνθεύς*, *Γηθεύς*, *Ὑλεύς*, *Αὐγώ**), *Μήδας*, *Τίρβας*, *Βρύας*, *Νόης*, *Φόναξ*, *Τάξις*. —

Pro *Μήδας* Keil. anall. l. c. coniicit *Μίδας*; ego non probo primum quod in *Μήδας* a *μεδ*, *μηδ* [*μήδομαι*]

*) Canis nomen eiusdem stirpis exhibet Ael. n. a. X, 41 in historia de Eupolidis poëtae cane *Αὐγέας* nominato; excellebat fide admirabili ita ut in tumulo domini lamentans moreretur; *καὶ ὅγε τόπος καλεῖται μνήμη τοῦ τότε πάθους ‚κυνὸς θρῆνος‘*. —

derivato ac de prudentia docilitateque usurpato nihil offendendum puto — sin autem cui forma non probabitur, melius fortasse corrigetur *Μέλας* — tum quod inter omnia Xenophontis nomina loco nostro proposita ne unum quidem est, quod ad aliquam fabularum personam sive ad canum originem pertineat.

Τ ύ ρ β α ς, pro quo nonnulli male *Τύβρας* habent, derivamus a *τυρβάζω*, tumultuari; hic: is qui gannit, latrat: '*Υλάκτωρ*. Cf. hominum nomina *Τύρβων*, *Τυρβαλίων* servus Plaut. Rud. 3, 2, 43. Penitus horum duorum analogiam sequitur *Β ρ ύ α ς* a *βρύω*, is qui turget corpore i. e. robustus, validus. Xenophontem hic cogitasse de *βρύας* i. e. *βύας*, *βύζα*, bubo, non credo. Quid? Si omnino eius interfuisset aliorum animalium nomina ad canes translata referre, nominane *Κόραξ*, *Δράκων*, *Λέαινα*, similia omisisset? — Imo imprimis huic indici inseruisset. Sed ne similia quidem inveniuntur. Ceterum cf. *Βρύασσις* equi nomen Jahn. Archiv 1833 p. 438. Inscr. Att. n. 23, 2. *Βρύα* serva Theod. prodr. 1, 178. *Βρύων*, *Βρύουσα* [hoc nomen inveni e. g. Nonn. Dion. XIV, 222]. Bens. transfert ,Uhle, Eule'; perperam. *Τ ά ξ ι ς* denique nomen percenseamus necesse. Weiskius ponit verbum *τάζω* i. e. prehendo ab eoque derivatum *Τάξις*. Item Doederl. gloss. 209 ,*τάζειν* i. e. *ὀρέγεσθαι*'. Quidquid id est, facillime perducimur ad *τεταγών*, *ΤΑΓΩ*, *ταγ*. [Cf. Sauppii sent. in ed. Xen. l. l.]. *Τάξις* igitur meritissimo derivatur a *ταγ*, *ταγω* [lat. tago, tango; to take] i. e. prehendere, captare [pede *Α* 591. *Ο* 23], *λαβεῖν*, *λαβεῖσθαι* aucta vi. Cf. Buttm. lexil. I, 162 ss. Curt. gr. Et. p. 217 s. Sic habemus accentu retracto *Ἄκεσις*, *Ἄναξις*, *Πρᾶξις*, *Σῶσις*, alia paene innumerabilia propria. Nescio an obsoletum fuerit auribus Graecis *Τάξις*. Sed ne longior sim in his.

Aggrediamur explicare nonnulla nomina, quae possunt esse:

IV. adiectiva: *Πολύς* et *Στερρός*, rectius alibi legeremus *Πόλυς* et *Στέρρος*.

Πόλυς: erunt qui primo adspectu nomen vix admittendum esse censeant. Weiskius coni. *Πόλος*, 'ut sit idem quod *Στείχων*'; melius fuit, opinor, suscipere *Πόλις* 'Grau' cod. Paris. *B*, si omnino facere non potuit quin mutaret Weiskius. Sed *Πόλυς* proprium et hominibus adhibitum fuit. Exemplo est C. J. 3140, ubi inscriptionis Smyrnaeae versus 22 est;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΟΣ ΓΟΛΥΟΣ

Λυσίστρατος Πόλυος. Porro cf. *Πολύας* Her. 8, 21 ut *Βοτρύας*, *Ἰχθύας* etc. De significatione afferimus comparationem stirpium *πελ*, *πλε* et verborum *πολύς*, *πόλις*. Curt. gr. Etym. p. 225: „die Bedeutungen schwillen, wachsen, gross sein sind deutlich erkennbar, woraus die Begriffe Volk, Gemeine — auf d. Ort übertragen Land, Stadt — entspringen.“ Huc reducendae significationes illae adiectivi: vehemens, potens, ingens, in quibus notio multitudinis atque effectus, qui nititur coniunctione virium singularum, nonnunquam neglegebatur. Cf. illud Herodoti [VII, 14]: *μέγας καὶ πολλός* de uno homine dictum: magnus potensque. Jam videmus quo spectet proprium nostrum sive id esse adiectivum *πολύς* indicamus, sive fictum secundum analogiam propriorum illorum: *Ζῆλυς*. *Ἧρυς*. *Ἱερυς*. *Ἵππυς*. *Ἴσχυς*. *Μόρυς*. *Πρᾶτυς*. *Φίλυς* etc. Cf. Fick., Personenn. p. XLI. — *Βάθυς*. *Εὔθυς*. *Ἥδυς*. *Θάρσυς*. *Θράσυς* Fick. l. l. p. XXI.*)

Στερρός est forma Atticorum pro *στερεός*. Cf. Lob. pathol. elem. I, 252. II, 82. Curt. gr. Etym. p. 213. Doederl. gloss. 1020. *στερεός*, *στερρός* est firmus, solidus;

*) Ibid. legimus in p. LXI: *Πόλυς* . . . . . 'und viele, viele andre, fasst man sie als selbständige Bildungen, [sind] teils sinnlos, teils in einer sonst unerhörten Weise gebildet!' — Quid? Num sine modo ac modestia rem egimus? —

στερεὴ λίθος τ 494; de corde ψ 103; de doloribus Pind. Py. 4, 394 etc. Jam videmus, quorsum spectet nomen; usurpatur de constantia, robore, saevitate; ut *Ἀκάμας*, *Ἄγριος*. — His rebus expositis supersunt nomina XXIII, quae sunt proprie

V. substantiva appellativa, quae celeriter percurrenti mihi venia sit; maxima pars eorum iam alibi tractata est. Sunt: *Αἰθήρ*, *Αἰχμή*, *Ἀκτίς*, *Ἀλκή*, *Βία*, *Γνώμη*, *Ἥβα*,*) *Θυμός*, *Κραυγή*,**) *Λόγχη*, *Λόχος*, *Οἰνάς*, *Ὀργή*, *Ὁρμή* Arrian. de ven. XVIII, 1; V. 6. *Πόρπαξ* [nisi fuit *Πόρταξ*], *Ῥώμη*, *Σπουδή*, *Στύραξ*, *Ὕβρις* — Lob. parall. p. 41, n. 42: ‚fortasse [!] a petulantia ductum ut *ὄνοι ὑβρίζοντες*‘; cf. *Ὑβρίας*, *Ὕβριμος* etc. — *Φρουρά*, *Φύλαξ*, *Χαρά*, *Ψυχή*. —

Simili modo ac ratione atque haec nomina, de quibus modo egimus, canum nomina afferuntur ab Arriano in libello de venatione XVIII, 1:

Ἔχουσαν δὲ τὴν κύνα ἢ καὶ ἄλλως κρατήσασαν τῷ δρόμῳ καταπηδήσαντα ἀπὸ τοῦ ἵππου καταψᾶν χρὴ ἐπευφημοῦντα καὶ τὴν κεφαλὴν φιλεῖν καί τὰ ὦτα ἀποτείνειν καὶ ὀνομαστὶ ἐπιλέγειν, εὖγε ὦ Κιρρά, εὖγε ὦ Βόννα, καλῶς γε ὦ Ὁρμή καὶ ὅτιπερ ἄλλο ἑκάστῃ ὄνομα, αὖ τοῦτο ἀνακαλοῦντα· χαίρουσι γὰρ ἐπαινούμεναι, καθάπερ τῶν ἀνθρώπων οἱ γενναῖοι. —

Κιρρά i. e. ‚gilva‘, ‚Vahl‘, a colore petitum. De quo plura referre mora est.

Βόννα et forma et significatione obscurum videtur ac timeo ne penitus ex coniectura pendeat huius nominis iudicium. Coniicimus autem ita: Ex *φωνή*, quae vox saepissime de bestiarum clamore dicitur [cf. Doederl.

---

*) Nomen servam illam deorum attingere nego. Imo est de alacritate ac robore iuvenili dictum.

**) Keil.: *Κραύγη*. cf. praef. Arcad. 105, 1: *κραυγή. κραύγη δὲ τὸ κύριον* cf. Lehrs., de Ar. etc. [3] p. 264.

gloss. 2190.], Aeolidum more fingebant *φόννα*: Ahrens de diall. Aeol. p. 59. p. 101, 3. Cf. *βόλλα* pro *βουλή*. *κράννα* pro *κρήνη*. *δίννα* pro *δίνη* etc. *φόννα* autem Macedones pronuntiabant *βόννα*; cf. *Βερενίκη*. *Βίλιππος*. *βαλακρός* etc. et Bentl. diss. de epistt. Socr. XII in opusc. philol.; Sturz. de dial. Maced. et Alex. § 8. n. 11, qui collegit locos huc pertinentes. Sic sine magna difficultate pervenimus ad nomen proprium *Βόννα*, eo magis fortasse usitatum, quod inerat in eo peregrinum aliquid obsoletumque. —

Tertium nomen est *Ὁρμή*, iam ex Xenophonte nobis notum proprium et creberrimum canis nomen. Cf. Arrian. de ven. V, 6: *Ὥστε οὐκ ἂν ὀκνῆσαί μοι δοκῶ καὶ τὸ ὄνομα ἀναγράψαι τῆς κυνός, ὡς καὶ ἐς ὕστερον ἀπολελεῖφθαι αὐτῆς, ὅτι ἦν ἄρα Ξενοφῶντι τῷ Ἀθηναίῳ κύων, Ὁρμὴ ὄνομα, ὠκυτάτη καὶ σοφωτάτη καὶ ἱερωτάτη.* Xenophontis canem clarissimum Pollux quoque commemorat onom. V, 47 hisce verbis: *οἱ δὲ καὶ Ξενοφῶντι τῷ Γρύλλου γεγενῆσθαι φασὶν ἔνδοξον κύνα, Ἱπποκένταυρον τὴν προσηγορίαν.* —

Ceterum Arriani locus huic labori utilissimus est, qui exhibeat tria canum nomina exempli gratia ideoque ex tempore allata. Nominis *Ἱπποκένταυρος* autem iam supra mentionem fecimus.

De canum nominibus nonnullis singillatim inventis.

Apud Polluc. onom. V, 42 legimus: — — — *ὁ δὲ Ἰκαρίου κύων καὶ ἔδειξε τῇ θυγατρὶ τὸν Ἰκαρίου νεκρόν. καὶ εἰ χρή τι πιστεύειν τοῖς ποιηταῖς, οὗτός ἐστιν ὁ Σείριος.* De etymologia et significatione huius proprii iam non dubitare possumus: *Σείρ*, *Σείριος*, *σειρός* [*σειριάω*] i. e. micans, nitidus, idem quod *Αἴθων*, *Φλέ-*

γων, Λάμπων [skt. svar, svarias, sol; serenus.]. Lobeck. parall. p. 74 s. meritissimo tribus illis χείρ, Εἴρ, φθείρ adiicit Σείρ admonetque verborum serus [ξηρός], serenus, seresco. Jam Idelerius*) cognationem esse inter verba Arabica schar, aschar [crinitus, pilosus], schira, „stella hirsuta", censet et Sirius, Σείριος. Quidquid id est, σείριος iam inde antiquitus adiectivum fuit splendorem indicans, omnibus sideribus igitur adhibitum, imprimis soli. Eratosth. catast. 33. . . . . ὃν καὶ Σείριον καλοῦσι. τοὺς δὲ τοιούτους ἀστέρας οἱ ἀστρολόγοι Σειρίους καλοῦσι διὰ τὴν τῆς φλογὸς κίνησιν: wegen der flimmernden, ‚blinzelnden' Bewegung des Lichtes. ‚Quam quidem Sirium dicunt ab ardore' schol. Germ. Eo sensu habemus Ibyci frgm. 3 [Bergk [2]].

. . . Φλεγέθων, ἅπερ κατὰ μακρὰν σείρια παμφανόωντα . . .

Hesych: Ἴβυκος πάντα τὰ ἄστρα sc. nominat σείρια sive Σείριος.

Phot. bibl. 503, 10: Ἴβυκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα σείρια λέγει. cf. Bergk. l. c. —

Antiquissimis iam temporibus non solum animalium totorum formis usos esse homines ad stellarum turbas discernendas, sed etiam membris singulis scimus**). Ursa maior iam Homero nota est; sed canibus ad hoc praecipue utebantur. Id affatim perspicitur ex comparatione luminum caeli ardore mirabili micantium cum oculis monstrorum bestiarumque, cum quolibet denique animali, ita ut custodes significarentur stellae. Sic stellam illam lucidissimam quae in caelo ursam sequitur huius ursae custodem esse arbitrati Ἀρκτοῦρον vocarunt; qui plaustro comparabant, pro bubulco habuerunt Booten-

---

*) Ideler, Untersuchungen über den Ursprung und die Bedeutung der Sternnamen. Berlin. 1809. p. 244.

**) Magnus numerus nominum animalium ab Arabis sideribus adhibitorum quae collegit Ideler. l. c. p. 410 ss. sane dignissimus est qui perlegatur ad rem recte diiudicandam.

que nominaverunt.*) Cf. porro schol. Σ 487 *Κυνόσουρα* [quod sidus nunc appellatur Ursus minor]· *διὰ τὸ ὡς κυνὸς ἔχειν ἀνακεκλασμένην οὐράν*; tum ‚Cauda Tauri' etc. *Σείριος* proprium factum est eo, quod praecipue de stella illa notissima et splendidissima usurpabatur. Orionis autem sidus iam Homero notum est, quod cum sequatur Sirius, non miramur eum paulatim factum esse canem, tum nomen *Κύων* [Canis, Canicula, ‚der grosse Hund'] toti stellarum turbae, quarum Sirius est splendidissima, tributum esse. Huc pertinet quod legimus *Σείριος κύων* et quod *Σείριος* catexochen est *Κύων*. Sic iam apud Sophoclem. Hesych: *Σοφοκλῆς τὸν ἀστρῷον κύνα.* Qua tota disputatione iam apparere credo, quaenam fuerint causae fabularum de sideribus tam crebro fictarum. Nunc igitur liceat reverti ad locum Pollucis. Is testimonia nonnullorum poetarum secutus Sirium Icarii canem fuisse confirmat. De fabula ipsa cf. Hyg. fab. 130. Apd. III, 14, 7. Sed cf. Robert. Erat. catal. frgmm. p. 39 ss. editionis supra laudatae. Mutatione non mirabili factum est, ut Sirius tum sit nominatus canis Icarii, tum Erigones, tum Isidis, tum Orionis. Apud Photium bibl. 340. b. 36 s. Bek. legimus: . . . *ὅτι τὴν Σῶθιν Αἰγύπτιοι τὴν Ἶσιν εἶναι θεολογοῦσιν, οἱ δὲ Ἕλληνες εἰς τὸν Σείριον ἀνάγουσι τοῦτο τὸ ἄστρον, καὶ ὡς κύνα τὸν Σείριον, ὀπαδὸν τοῦ Ὠρίωνος ὄντα κυνηγετοῦντος, οὕτω διαζωγραφοῦσιν, μᾶλλον δὲ ἐντετυπωμένον τῷ οὐρανῷ δεικνύουσιν.*

Plura exempla huic rei subiicere nolo; alibi numerabilia collecta sunt; quae demonstranda mihi proposui, iam demonstrasse mihi videor. In hac fabula etiam plura confusa sunt. Ut enim nomen sideris ‚*Σείριος*' ad canem Erigones sive Icarii fide clarissimum transferebatur, sic

*) Cf. Robert, ed. Erat. catast. epimetr. III p. 244.

e contrario fortasse verum canis nomen, Μαῖρα, sideri tribuebatur, cui nomen fuit *Κύων*. [ὁ κύων τὴν ἑαυτοῦ ὀνομασίαν ἔσχεν schol. X, 29. Nigid. Figulus. Robert. l. c. p. 41.] Apollodorus [bibl. III, 14, 7.] haec habet: *Ἠριγόνῃ τῇ θυγατρὶ τὸν πατέρα μαστευούσῃ κύων συνήθης ὄνομα Μαῖρα, ἣ τῷ Ἰκαρίῳ συνείπετο, τὸν νεκρὸν ἐμήνυσε, κἀκείνη κατοδυρομένη τὸν πατέρα ἑαυτὴν ἀνήρτησεν.* Eodem fere modo Hyg. fab. 130: ‚Erigone signum Virginis, quam nos Justitiam appellamus; Icarius Arcturus in sideribus est dictus, canis autem Maera Canicula'. Sed timeo ne fuerint longiora quae exposui. Itaque his de canum fabulosorum nominibus observationibus iam finem facio, quoniam hic non mea interest has res ad perpendiculum exigere. —

At *Μαῖρα*, cuius etymologia perspicitur ex *μαρίω, μαίρω, μαιριάω, μαρμαίρω* i. e. splendere [iam apud Homerum est proprium Σ 48. λ 326.], canis nomen restituitur in epitaphio Anytes XXIII. Jacobs. Anthol. I, 134. VI, 436. Versus sunt:

Ὤλεο δή ποτε Μαῖρα, πολύρριζον παρὰ θάμνον,
Λοκρί, φιλοφθόγγων ὠκυτάτη σκυλάκων,
τοῖον ἐλαφρίζοντι τεῷ ἐγκάτθετο κώλῳ
ἰὸν ἀμείλικτον ποικιλόδειρος ἔχις.

Exstant apud Pollucem [onom. V, 48.] haec: *καὶ γὰρ ἡ Τεγεᾶτις Ἀνύτη Λοκρίδα δόξης ἐμπέπληκεν, ἐφ᾿ ἧς τῷ τάφῳ φέρουσ᾿ ἐπέγραψεν·*

ὤλεο δήποτε καὶ [*σὺ* Salmas.] *πολύρριζον παρὰ θάμνον,*
Λέκρι κ. τ. λ.

Haud inepta sane coniectura; *Λοκρίς* quidem quin possit esse canis nomen equidem non dubito, sed mendum quod est in librorum lectione: *καὶ ἀπολύρριζον* [*μαῖα πολύρρ.*] sic facile tollitur. —

Pergit Pollux loco illo quem attigimus [V, 42.] ita: *ἔνδοξος δὲ καὶ ὁ Ἠπειρωτικὸς Κέρβερος καὶ ὁ*

*Ἀλεξάνδρου Περίττας**), τὸ θρέμμα τὸ Ἰνδικὸν . . . Proprio Π ε ρ ί τ τ α ς ducimur aut ad *περιττός*, quod saepius est idem atque praestans, excellens, aut ad Februarii mensis nomen *Περίτιος*. Cf. notas: *Περίτιος· ὁ Φευρουάριος, κατὰ Μακεδόνας* Suid. Sturz, de dial. Maced. et Alex. p. 49. *περίτια· Μακεδονικὴ ἑορτή*. Hesych. Sed rem incertiorem esse video, quam de qua certa possimus constituere. —

Κ έ ρ β ε ρ ο ς est terribilis ille custos aditus ad inferos, de cuius figura et munere multi fabulati sunt, etiam plura ac paene omittenda nostris temporibus de etymologia proprii**) coniecerunt. Operam dederunt et formae nominis derivandae et cogitationi, qua nititur figura monstri fabulaque de eius munere tradita, perlustrandae viri qui student rebus indogermanicis doctissimi. Sed quem res habuerit eventum percensere mihi quidem non licet; quam nuper uberius explicandam curavit Theod. Benfey: „Karbara oder Karvara ‚gefleckt, scheckig‘: Indogermanische Bezeichnung der dem Beherrscher der Toten gehörigen Hunde“. Gött. Nachr. 1877. p. 8 ss. Is igitur derivat *Κέρβερος* de idg. karbara, i. e. gr. *κερβερο*, skt. *çarbára, çarvara [çárvarî], ‚scheckig‘, i. e. *çarbála: *çabbala: ved. çabála, çavala [cf. p. 14]. Hanc sic sequimur interpretationem, *Κέρβερος* est *Στίκτο* [cf. *Στίκτη*], *Βαλίος*, ‚Scheck‘.***) — —

Apud Homerum Orci canis commemoratur duobus locis. *Θ* 368

---

*) Mss. exhibent *περιστάς*. Nomen debemus coniecturae Jungermanni ex Plut. Alex. 61. haustae, quo loco plura invenies de cane. Bensel. s. v. *Περίττας* transfert: ‚Trott, d. i. Herumtrotter‘. Equidem non probaverim. Cf. sequ. et e. g., quod forte memini, *Ἀρίστας* ex *ἄριστος*. Paus. 8, 24, 1. —

**) Cf. e. g. Welcker. tril. Aesch. p. 130. Hermann. de myth. Gr. ant. p. 13. Goettl. ad Hes. Th. 311. Damm. in lex. Hom. s. v.

***) Ceterum hanc etymologiam non omnibus penitus probari scio; prof. Bezzenberger certe proponit derivare a skt. çrgâla, i. e. Schakal‘, si rectius vocabulum est quam srgâla. —

ἐξ Ἐρέβευς ἄξοντα κύνα στυγεροῦ Ἀΐδαο.

λ 623: καὶ ποτέ μ' ἐνθάδ' ἔπεμψε κύν' ἄξοντ' . .

item de Hercule dictum; nomen autem canis aut figurae descriptio nusquam inveniuntur; quem monstrum terribile aegreque domandum intellexisse videtur Homerus [χαλεπὸς ἄεθλος.]. Hesiodus iam plura tradidit. Theog. 310 ss. Cerberus est filius Typhaonis et Echidnae:

ἔτικτεν ἀμήχανον, οὔτι φατειόν
Κέρβερον, ὠμηστήν, Ἀΐδεω κύνα χαλκεόφωνον,
πεντηκοντακάρηνον, ἀναιδέα τε κρατερόν τε.

Aliter autem v. 769 s. in descriptione domus Orci:

δεινὸς δὲ κύων προπάροιθε φυλάσσει,
νηλειής, τέχνην δὲ κακὴν ἔχει· ἐς μὲν ἰόντας
σαίνει ὁμῶς οὐρῇ τε καὶ οὔασιν ἀμφοτέροισιν
ἐξελθεῖν δ' οὐκ αὖτις ἐᾷ πάλιν κ. τ. λ.

Hic igitur de uno capite cogitare debemus; sed hoc quo spectet facile intellegendum esse puto. Priore enim loco canis inducitur οὔτι φατειός, ὠμηστής, terribilissimus denique, loco posteriore κακὴ τέχνη eius describitur. Saepenumero Graecos Cerberum dixisse tricipitem [τρικάρηνος] loci numerabiles demonstrant. Antiquissimis temporibus eum in aditu regiae Plutonis constitutum fuisse, non in ostiis Orci, Heynius ad Apollod. bibl. II, 5, 12 adnotat, subtilius, opinor, cum e. g. loco Hesiodi citato [Theog. 769.] non intellegam discrimen esse statuendum inter regiam Plutonis et Orcum ipsum. —

Quoniam huc perducti sumus re nostra, nunc mentionem fieri aptum est alius filii Typhaonis, qui idem passim celebritatem in fabulis nactus est,

Ὄρθρος i. e. ‚Morgenfrüh‘, ‚Abendfrüh‘, cf. Welcker. l. c. et Nonn. Dion. 31, 138: Ὄρθρος ἀκοντίζει με καὶ Ἠριγένεια διώκει; significationem illam hic respexisse videtur Nonnus. Orthrus frater Cerberi est

Hes. Theog. 309, custos boum Geryonis ab Hercule interfectus una cum Eurytione bubulco ibid. 293 [cf. 327.], quibus omnibus locis a Goettlingio falso scriptum video *Ὄρθος*; quod nomen saepius occurrit in veterum scriptis, e. g. apud Palaeph. de incred. 40. Joan. Pediasim. de Herc. labb. 10. Tzetz. in Lycophr. Alex.: *Ὄρθος ὁ Γηρυόνου κύων ἐν Ἐρυθείᾳ δύο κυνῶν κεφαλὰς ἔχων, ἑπτὰ δὲ δρακόντων.*

Alicui in mentem venisse mutare nomen *Ὄρθος* i. e. *ὀρθός* in *Ὄρθρος*, vix credibile est; sed *Ὄρθρος* nonnullis movisse suspicionem probabile.*) Orthrum porro commemorat Apd. II, 5, 20 bicipitem: *Ὄρθρος ὁ κύων δικέφαλος ἐξ Ἐχίδνης καὶ Τυφῶνος γεγεννημένος.* Cf. schol. X, 29. Pindarus autem Isthm. I, 15 Herculem affert, *θρασεῖαι τόν ποτε Γηρυόνα φρίξαν κύνες.* —

Sed nolite putare nomen huius canis veteribus constitisse! Apud Polluc. V, 46 enim haec legimus: *ὁ δὲ Γηρυόνου κύων ὁ τὰς βοῦς φυλάττων ἀδελφὸς μὲν ἦν τοῦ Ἠπειρωτικοῦ Κερβέρου, ἀνῃρέθη δὲ ὑφ᾽ Ἡρακλέους. τὸ δὲ ὄνομα αὐτοῦ* Γ α ρ γ ή τ τ ι ο ς, *καὶ ἔχει μνῆμα ἐν Ἰβηρίᾳ*; quam rem satis mirari non possum. *Γαργήττιος* iam Jungermannus scripsit duos libros secutus, alii *Γαργίττιος* sive *Γαργίττος*. *Γαργήττιος* est incola pagi Atheniensis *Γαργηττός***) et proprium hominibus adhibitum; sed cani, qui vulgo nominatur Orthrus, errore mirabili tributum esse censeo; quod quemadmodum factum sit illustratur fortasse nota Hesychii: *Γαργηττός· δῆμος Ἀθήνησι . . . . φυλῆς, ὅπου δοκεῖ κεῖσθαι τὸ σῶμα Εὐρυσθέως.* Nomen

---

*) „Ὄρθος“ repudiandum esse censet Hermannus quoque [opusc. VI, 170]: „Es ist nicht eben glaublich, dass Ὄρθος, was gar zu sehr dem adiect. ähnlich ist, die richtige Form sei: und es dürfte daher wohl besser gewesen sein, die auch bei andern Mythologen vorhandene Form Ὄρθρος beizubehalten.“ —

**) Cf. Strab. VIII, 377. Hesych. Boeckh. Att. Seew. X, c. 110: *Λυκῖνος Γαργ(ήττιος).* —

Eurysthei demonstrare videtur, vocabulum nostrum in Herculis fabulis exstitisse. —

Pollux [V, 46] porro tradidit nomina canum *Τρίακος* et *Λήθαργος*.

Τ ρ ί α κ ο ς, *ἡ Παιονικὴ κύων.* - Keilius accepit *Τριακάς* codicis C. Habemus hominis nomen *Τρίαξ, ακος* C. J. 1582. *τρίαξ· τριακάς* Hesych. *τριακάς* autem: *ἡ τριακοστὴ τοῦ μηνός.* Aut igitur proprium *Τρίακος* reducendum ad *Τρίαξ* [cf. *Χάροψ, Χάροπος.*]; aut fictum ex *τριακάς* ita, ut analogiam secutum sit propriorum numerabilium in — *ος*: *Νουμηνίας*: *Νουμήνιος* [nisi forte est *νουμήνιος*, trochilus, glareola.] e. g. epigr. *ἀδ.* 745. Jacobs. Anthol. Sed quoquo modo de derivatione iudicabimus, nomen admonet nos notae Helladii in Phot. bibl. 532, b, 35. Bek.: *ἐκάλουν δὲ καὶ [τοὺς οἰκέτας] ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ ὠνήσαντο τὸν οἰκέτην, ἐξ οὗ καὶ τοὺς Νουμηνίας ὠνόμαζον.**) Eodem sensu nostrum nomen adhibitum esse putaverim. —

Λ ή θ α ρ γ ο ς. Ita refert nomen Pollux [V, 47.] in epigrammate:

Ἀνδρὶ μὲν Ἱππαίμων ὄνομ᾽ ἦν, ἵππῳ δὲ Πόδαργος,
καὶ κυνὶ Λήθαργος καὶ θεράποντι Βάβης.

neque habemus quod vituperemus nomen sane aptissimum; *λάθαργος, λαίθαργος, λήθαργος,* subdolus enim est *κύων ὁ προσσαίνων μὲν, λάθρα δὲ δάκνων.* Hesych. Jam comparavimus supra proprium cum *Στερρός, Γόργος, Ἄγριος.* De mutatione non cogitassemus [idem exhibet Dio. Chrys. or. 37. Cf. Jacobs. animadvv. ad Anthol. VI p. 181 s.], nisi alibi inveniretur lectio *Θήραργος* sive

Θ ή ρ α γ ρ ο ς. Cf. Jac. Anthol. I, 49. Probat nomen Bergkius Ztschr. f. d. Altertumsw. VIII. 1850. l. c.

*) Cf. propria: *Τεταρτίων. Τετραδίων* [*τετράς*]. *Πεμπτίδης. Πεντάδιος. Πεντιαδία. Ἑβδομίσκος. Εἰκάδιος. Τριακαδίων* etc. Fick. p. 229.

Ego quoque libenter accipio id in Pisandri epigrammate: ‚Wildfang' Bens.; *Θήραγρος* scriptum fuisse, tum, cum praecedat *Πόδαργος*, ortum esse *Θήραργος* suspicor, pro quo legerunt nonnulli nomen aliud usitatum: *Λήθαργος*. Proprio *Θήραγρος* simillimum est

Σύαγρος apud Sophocl. Ath. IX, 409: *Σὺ δ' ὦ Σύαγρε, Πηλιωτικὸν τρέφος*. *σύαγρος* qui aprum captat canis. Ceterum cf. Curt. gr. Etym. p. 170. —

Ἔνδοξον δὲ καί, inquit Noster V, 47, *Λυκάδα τὴν Θετταλὴν Σιμωνίδης ἐποίησε, γράψας τουτὶ τοὐπίγραμμα ἐπὶ τῷ τάφῳ τῆς κυνός* [Simonid. LIX. Jacobs. Anthol. I, 71.]:

Ἦ σεῦ καὶ φθιμένας λευκ' ὀστέα τῷδ' ἐνὶ τύμβῳ
ἴσκω ἔτι τρομέειν θῆρας, ἀγρῶστι Λυκάς. κ. τ. λ.

Sic correcti sunt versus apud Pollucem penitus corrupti. —

Nunc quoniam de nonnullis canum epitaphiis egimus, affere iuvat hoc, quo celebratur *Ταῦρος* quidam, epigr. *ἀδ.* 756 [Jacobs. Anthol. IV, 285]:

Τῇδε τὸν ἐκ Μελίτης ἀργὸν κύνα φησὶν ὁ πέτρος
ἴσχειν, Εὐμήλου πιστότατον φύλακα.
Ταῦρόν μιν καλέεσκον, ὅτ' ἦν ἔτι· νῦν δὲ τὸ κείνου,
φθέγμα σιωπηραὶ νυκτὸς ἔχουσιν ὁδοί.

Taurus ut nobis ita antiquis fuit imago roboris ac magnitudinis eodemque sensu est canis nomen. Similibus de causis statuebamus translata esse nomina *Ἀκρίς*, *Κόραξ*, *Λέαινα*, *Τίγρις* etc. —

Καλαθίνη catuli nomen est in Addaei epigr. IV.:

Τῇ βαιῇ Καλαθίνῃ ὑπὸ σκυλάκων μογεούσῃ
Λητωῒς κούφην εὐτοκίην ἔπορε.
μούναις οὔ τι γυναιξὶν ἐπήκοος, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς
συνθήρους σ῾ώζειν Ἄρτεμις οἶδε κύνας. —

Καλαθίνη derivatum a *κάλαθος* proprium. *κάλαθος· γυναικεῖον σκεῦος εἰς ἐρίων ἀπόθεσιν* Hesych., a quo denominatus catulus, ‚quia mulieres parvos catulos in quasillis portare solebant'; non penitus obloquendum

puto; urbibus insulisque adhibitum invenio nomen; forte mihi in mentem venit huic simillimum: *Κύρτος* i. e. nassa; *Κύρτων* nautae nomen Alciphr. 1, 2. Ceterum si quis nihilo minus de defectu cogitet, *Γαλαθήνη* proposuerim; cf. δ 336, ρ 127 de hinnulis dictum; *γαλαθηνόν· ὑποτίτθιον. νέον.* —

Theocr. id. 8, 63 ss. canis nomen *Λάμπουρος* est:

> ὦ Λάμπουρε κύων, οὕτω βαθὺς ὕπνος ἔχει τυ;
> οὐ χρὴ κοιμᾶσθαι βαθέως σὺν παιδὶ νέμοντα.

Proprium de caudae colore rubro sive albo fictum esse puto comparandumque cum illis, quae saepenumero in transcursu commemoravimus, *Λαμπάς*, *Λάμπος*, *Λάμπων*; hunc tristem obiisse mortem tradidit Antp. Sid. LXIV:

> Θηρευτὴν Λάμπωνα, Μίδου κύνα, δίψα κατέκτα,
> καίπερ ὑπὲρ ψυχῆς πολλὰ πονησάμενον. κ. τ. λ.

Proprium his simillimum fortasse scriptum fuit in fabula a Gratio Falisco in carmine venatico suo v. 213 ss. allata; nomen enim ibi corruptum est:

> Sed primum celsa lorum cervice ferentem,
> Glympice, te silvis egit Boeotius Hagnon.

‚Glympicus' quo modo sit nomen canis equidem ignoro. Barthius coniecit Gymnice, Scaligerus: Lampyre, parum eleganter. Restituendum fortasse: *Λάμπιχος* sive *Λάμπικος*. —

Ἴσσα est catuli nomen quem celebravit Martial. [epigr. I, 109]:

> Issa est passere nequor Catulli
> Issa est purior osculo columbae
> Issa est blandior omnibus puellis
> Issa est carior Indicis lapillis
> Issa est deliciae catella Publi etc.

Ἴσσα haud rarum proprium est. Cf. Ov. Met. VI, 124 Macareïda Issen et *Ἶσος* Λ, 101, aeol. *ἴσσος*. — —

Inter canum nomina quae dispersa in veterum

scriptis inveniuntur, est *Πέρσα*, quod ad nos pervenit in historia illa oblectante apud Cic. de devin I, 46. Val. Maxim. I, 5, 3. Plut. vit. Aem. Paul. X. Aemilio Paulo verba filiae: ‚Persa periit' omen erant propter similitudinem nominum *Πέρσα* et *Περσεύς*; hoc Plutarchus falso accepisse videtur. Canis, ni fallor, appellabatur *Πέρσα*. Cf. *Πέρση* κ 139. Apoll. Rh. 4, 591, quasi masculinum fuisset *Πέρσος*. Canes Persicos commemorat Grat. Fal. ven. v. 158. Sagacitate aeque ac fortitudine bellica praestabant. —

Venimus iam ad nomen illud canis ab Arcadio p. 47, 18 allatum ac a Bergkio in loco illo Apollodori corrupto restitutum, de quo initio huius opusculi egimus, *Ὄμαργος*. Bergkius: *Ὅμαργος*. Arcad. l. c: *καί τὸ ὄμαργος σύνθετον, ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ καὶ τοῦ ἄργος· ἔστι δὲ ὄνομα κυνός*. Fickius quoque l. l. p. 64 habet *Ὁμ-αργος*. Parum mihi quidem habet probabilitatis etymologia, ad quam ne sit vocabuli *ἀργός* gratia perductus Arcadius suspicor. Sententiam profert Bergkius proprium ortum esse ex forma *ὁμό-μαργος*; id probari posse docent vocabula: *ὄπατρος* Λ 257 i. e. *ὁμόπατρος*; *ὀγάστωρ· ὁμογάστωρ* Tzetz. Lycophr. 452; *ἀδελφός* i. e. *ἀ-δελφειός*. Curt. gr. Etym. p. 471.; *ὄζυγες· ὁμόζυγες* Hesych; *ὄθριξ*, *ἄθριξ* i. e. *ὁμόθριξ*. etc. cf. Lob. pathol. elem. I, 41; 85 s. Curt. gr. Etym. p. 394 s. Sed nec in Arcadii nec in Bergkii interpretatione equidem invenio significationem vocabuli, qua elucere possit, quamobrem cani adhibeatur. Sed eam non inveniri quid refert, dixerit quispiam, in nomine proprio? Non multum sane in universum; multum, ubi coniectura probabilis in promtu esse videtur. *μάργος* i. e. furens vorax*). σ 2: *ἔπρεπε γαστέρι μάργῃ ἀζηχὲς φαγέμεν καὶ πιέμεν*; de equis quo-

---

*) Arcad. 46, 22: *καὶ τὸ μάργος σύνθετον ἀπὸ τοῦ μα στερητικοῦ καὶ τοῦ ἔργον* [?]· *ὁ γάρ τοι μάργος οὐδὲν ἀγαθὸν ἐργάζεται.*

que usurpatur: ‚mutwillig', ‚stolz'; imo de vino. Rarior huius adiectivi forma fortasse fuit et antiquior praefixo *o* ficta *ὄμαργος;* cadit igitur sub canonem vocabulorum illorum de quorum prothesi pluribus egerunt Lob. pathol. elem. p. 78 ss. Curt. gr. Etym. p. 710 ss: *ὀ-τρηρός, ὀ-τρύνω, ὄ-νομα, ὀ-ρυγμός, ὀ-μιχέω, ὀ-μίχλη* etc. Duplices formae nonnullorum etiam usitatae fuerunt, e. g. *ὀτρηρός* et *τρήρων, τρηρόν · ἐλαφρόν. δειλόν. ταχύ* Hesych.

Mirum insuper non esset, si formam tantummodo in nomine *Ὄμαργος* servatam haberemus; simillima enim sunt propria — quorum etymologia constat ni fallor — *Βριμώ* [*βρίμη* ‚Wucht' hymn. hom. 28, 10. *ἀπειλή* Hesych.] et *Ὀβριμώ, Βριάρεως* et *Ὀβριάρεως* [a *βριαρός*. „Starkwucht".] cf. E. M. p. 346, 38 et quod admonet Goettl. ad Hes. Theog. v. 617. *Ὄμαργος* igitur est nostrum ‚Frass', ‚Gier', idem quod *Βόραξ, Παμφάγος.* — — —

In collectione vasorum quae describenda curavit Lud. Stephanius [Vasensammlung der kaiserlichen Ermitage St. Petersburg 1869 no 2309.] invenimus vas figulinum instar catuli solo cubantis formatum, cuius basi inscriptum videmus vacabulum:

ΚΑΡΠΟϹ: *Κάρπος*, hominis nomen e. g. Mion. S. VI. 247. v. *Κάρπις, Καρπώ* etc. Sed figulum nomen suum operi inscripisse non crediderim. Catuli fortasse nomen est. Memoriamne canis, quem habebat ille in deliciis, opere figulino servare studebat? — *Κάρπος* facillime ducitur a stirpe *Καρπ* [*κραπ*], quam habemus in *καρπ-άλιμος, καρπινός, κραπινός, καρπαία, κραιπνός* cf. Doederl. gloss. 2331. 2332. Curt. gr. Etym. p. 143. *Κάρπος* igitur proprium simile illis: *Θόος, Πόδαργος.* —

Tandem aliquando pervenio ad nonnulla canum nomina, de quorum formis vehementer dubitandum est. In amphora Tyrrhena figuris rubris nigrisque picta, Campanari, vasi Feoli no. 99 p. 172 ss. Gerhard, Gr. Vasenb.

IV. Taf. 267, miles in patriam fortasse revertens conspicitur reditaque gaudentes uxor, puer, canis. Utrique figurae nomen adscriptum est obscurum. Quibus explicandis si tempus impenderemus, nimis magnum studium, opinor, in res obscuras easdemque non necessarias conferre videremur. Sed canis nomen paulo clarius est reliquis; figura eius ridiculosa vehementer delectamur. Nomen laudatum est: *ΕΙΟϚ*, *Ειος*; coniicio fuisse *Εὔιος*, ut sit simillimum propriis *Εὔδρομος*, *Εὔοδος*; An fuit nomen: *Ἤϊος*, a quo derivata videntur *Ἠϊών*, *Ἠϊόνη*, *Ἠϊόνες*; quo ducimur ad Phoebi cognomen *ἤιος* *Ο* 365. *Υ* 152. ‚Hoc epitheton sine dubio est a motu solis deductum, ab *εἴω* [?], vado'. Damm. lexic. Hom; cf. *ἤιος · πορεύσιμος* Hesych. De *Ἕιος* et *Ἥιος* nominibus propriis denique cf. C. J. 3, 5858. 4, 7194. —

Etymol. Vindob. cod. CLVIII legimus: *Ἄιος· ὄνομα παρὰ Στησιχόρῳ.* Bergk. [2] poet. lyr. p. 757 frgm. 74. Cf. Ztschr. f. d. Alt. VIII. 1850 p. 404. *Ἄιος*, i. e. ‚Mutus', ‚Stumm', Bergkii sententia nullo negotio canis nomen accipere possumus, cui contraria esse putat *Ὕλαξ*, *Ὑλάκτωρ*. Equidem vocabulum huius significationis cani adhibitum fuisse non video neque persuasum habeo, si omnino numerus propriorum nostrorum eorumque significationes, quas quidem constituere licebat, ullius momenti sunt ad rem diiudicandam; id quod mihi iam constat; ceterum canis nomen ‚Stumm' et nobis, opinor, nimis inauditi habet; quid tum? Miror, Bergkium oblitum esse nominis *Ἀΐων* Hygini [b.], ‚Spitzohr', de quo facillime derivatur: *Ἄϊος*. Sed nomen sine dubio canis fuisse quis est qui contendat? —

Restat, ut de duobus illis nominibus verba faciam: Χρυσίς et Αὔρα.

Αὔρα iam identidem in transcursu commemoravimus. Invenitur apud Poll. V, 45. et probabatur apud Hyg. a. Exstat denique duobus aliis locis coniunctim

cum *Χρυσίς;* in gemma, in qua eques cum duobus illis canibus leporem persequens conspicitur*); porro in sarcophago quodam [cf. Fabretti. et Lud. Stephani. l. c.]. Hic venatores cum cane AVRA aprum persequuntur, unus venator cum cane CHRYSIS nominata cervum leporemque venantur. Quod attinet ad nomen *Χρυσίς* originaliter fortasse a colore petitum, usurpatur de meretricibus ac omnino saepissime de hominibus, e. g. apud Jahn. spec. epigr. p. 56.

Ceterum gemmae supra laudatae pretium in maximum dubium vocavit et permultis de causis adulterinam esse contendit Lud. Stephanius in Compte-rendu 1862 l. c. Quin etiam fontem imaginis nostrae invenisse sibi videtur in gemma apud Gorium, gemm. mus. Flor. II tab. 82, 3. Quid multa? Equidem loco magna cum voluptate perlecto facere non possum quin assentiar Stephanio; sed eam totam quaestionem nullius momenti esse ad nomina nostra diiudicanda constat.

---

*) Fabretti inscr. p. 330; Maffei gemm. ant. to IV tav. 71; Montfaucon ant. expl. t. III. p. II p. 322 tab. 175. C. J. 7285. Compte-rendu 1862 p. 15. n. 2. nomina sunt: *ΧΡΥCΙC. ΑΥΡΑ.* —

Theses.

I. Non constituendum esse puto, omnia fere nomina propria simplicia Graecorum esse referenda ad propria composita.

II. In epitaphio, quod exstat apud Theophr. charact. 21: *Κλάδος Μελιταῖος*, canis nomen non desideratur.

III. In Luciani philops. 22 pro librorum lectione: *ἐγὼ δὲ ἀμφὶ τὸν ἀγρὸν μεσούσης ἡμέρας τρυγῶντας ἀφεὶς τοὺς ἐργάτας κ. τ. λ.* scribendum esse coniicio: *ἐγὼ δὲ τὸν ἀγρόν κ. τ. λ.*

IV. Anastrophe Lucianus penitus more Atticorum utitur; Atmesis tantummodo hisce locis exstare videtur Lucianeis: adv. indoct. 1. *περὶ κάτω χωρεῖ;* de Syr. dea 48. *ἀνά τε λύει τὸν δεσμόν.*

Vita.

Natus sum Guilielmus Elimarus Baecker in praedio Borussorum occidentalium, cui nomen est Januschau, a. d. III. Cal. Febr. a. MDCCCLX patre Hygino, matre Luisa, e gente Lange. Fidei addictus sum evangelicae. Gymnasium regium Elbingense frequentavi, quod tum Adolfi Beneckii auspiciis florebat. Maturitatis testimonium adeptus vere anni h. s. LXXVIII et civis almae literarum Academiae Albertinae factus in studia incubui philologica et ad lectiones animum attendi quas habebant proff. Drr. Lehrs †, Friedlaender, Ludwich, Jordan, Garbe, Walter, Baumgart, Ruehl, Schade, Hirschfeldt, quibus omnibus viris doctissimis gratias ago quam maximas. Proseminarii sodalis fui per tria semestria, seminarii regii unum semestre.

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
929.4B14D C001
DE CANUM NOMINIBUS GRAECIS
3 0112 023887570